BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
8
25 D
17


M. 553.

Digitized by Google

IVSTA DEFENSIO
PRO SERMONIBVS
S. P. AVGVSTINI
AD FRATRES SVOS IN EREMO CONSTITVTOS,

Edita à Reu. P. Mag F. Angelo Vancio Arimine nſi Auguſtiniano

AD PERILLVSTREM, ET REVERENDISS. D.
D. GEORGIVM
POLACCVM.



Patauij. apud Gaſparem Criuellarium. 1627
SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Periſluſtri, ac Reuerendiſſimo D.

D. GEORGIO POLACCO VENETO,

Inſignis Sanctæ Luciæ Cænobij Monialium à Confeſſionibus meritiſſimo

NON multum temporis elabitur ex quo celebris quidam Auctor exortus eſt (Georgi Vir Perilluſtris, & omnium diſciplinarum genere ornatiſſime) qui vt ordinis noſtri antiquiſſimum decus deturbaret ſi poſſet, à noſtro Diuo Auguſtino Parente nos Eremitanos filios abdicaret, abduceretq; fœtum eximium, ac ſacris perutilem ſuggeſtis; Operis D. Auguſtini veluti euerſor, vt ex huius excidijs, ſibi magnam fortè parturiret immortalitatis molem, minus decenter affatus eſt, ſermones ad Fratres in Eremo, Diuum Auguſtinum non exaraſſe; & paucis comitatus viris, conatus eſt, clariſſimis rebus tenebras obdu-

tiam, cum prudentia fortitudinem, cum fortitudine ſapientiam, & mentis perſpicacitate connexus es; quanta vel optari luberet, peti liceret, vel neceſſe foret. Tibi ergo eximiæ Virtutis decori, ſtudioſorum Mæcenati, hoc opus, meæ in te obſeruantiæ exile pignus, & ergo, tibiq; obſeruantiſſimi M. Angeli Vancij fœtum, mecum vna, dico conſacro. Læta, eia, mentis, ac oris amenitate, hunc vagientem amplectere partum, qui inter viros preclariſſimos prodire peroptat, ne pereat ancipiti Pallade, illumq; ea foueas frontis ſerenitate, quanta offertur offerentis hilaritate. Vale ſemperq; Vale.

Patauij XI. Kal. Ian. 1626.

Perilluſt. ac Reuerendiſs. D. T.

Humilis ſeruus in Domino.

Magiſter Hippolytus Ariminenſis Auguſtinianus Patauini Gymnaſij Eremitarum Moderator.

Digitized by Google

AD LECTOREM

Magiſter Angelus.

REM certè gratiſſimam Sacræ noſtra Auguſtinianæ familiæ, quin uero omnino debitam mihi feciſse ſum arbitratus, ſi hoc (iuile bellum in ſui gratiam in præſenti ſtrenuè militauerim; ut ſanè fructu huiuſcæ diligentiæ meæ, magis, ac magis gaudere velint Eremitani Patres, quàm ſi quis Regnum illis nunc donaſset: & par eſse duxerim, ut omnes animi, ingenijq; mei vires, in noſtro omnium parente iure prædicando Auguſtino, magnificè ſe ſe proferant: à quo nimirum diſcunt omnes tanquam ab eximio doctore, ac omnium Magiſtro præſtantiſſimo: à quo nemo eſt mortalium cuiuſcunq; ſit, vel ætatis, vel loci, vel ordinis, vel fortunę, vel ſtudij, vel nationis, quin melior, ac doctior fieri queat: cuius omnibus in rebus magni momenti lectio, certa & fidelis prodeſt plurimum, varia mire delectat, ſcitu neceſſaria ſtudioſis, ne tempus quod nunquam redit amiſſum, vt Seneca loquitur ſecunda Epiſtola: malè conterant: ſcripſit magnus Pater Auguſtinus propemodum libros innumeros, eruditione præcipuos, elegantia non contemnendos, doctrina reſer-

ſertiſſimos; cuius labores, & vigilias pro Eccleſia Sancta Dei, nunquam edax tempus, inuidioſaq; vetuſtas nobis abſtulit, nullus aduerſantium furor deperdidit: Id quod illius ſtudioſi tantum, non quotidie non experiuntur; à quo tot magnarum rerum, optimarumq; diſciplinarum omnis generis, præclariſſimis litteris, eſt iam explicata excellens doctrina: diuini huius, ac cæleſtis ingenij monumenta, legentium manibus teruntur quotidie, magno non ſine fructu ſalutis. Veruntamen reliquorum ipſius operum non admodum ſoliciti, quod omnibus indiſcriminatim ſint æque probata, vnius caſum, iacturamq; in primis dolenter patiuntur Reuerendi Patres Eremitani, & meritò lamentantur. Equidem vnius libelli, qui ipſis eſſe debet profectò in delicijs, & pro centum millibus, amore percuſſi, eo iniuria priuari, ſupra omnes egre ferunt; cuius vehementiori deſiderio exardeſcunt, cui tàm fixè, pertinaciterq; inhęrent, vt ab eo diuelli nequaqaum, vel poſſint, vel debeant; è quo omnem ad animæ ſalutem profectum haurire queunt; cum hactenus tanto nimirum temporis interuallo prolatus in publicũ, deſiderationem ipſorum ſua lectione leniebat, complebat ſuauitate, & diuina illius orationis dulcedine, qua pollet in conſolando, in conſulendo, docendo, monendo, omni doctrina præditus Auguſtinus; ecce tibi complures poſtea homines eruditi, vicijs & erroribus, ignorantiaq; denuntiant reſperſum opus, hoc eſt, Auguſtini ſermones ad Eremitas inſcriptum, vt ementitum, vt ſuppoſititium,

Augu-

Auguſtino videlicet indignum accuſant, reijciendumq. totis viribus volunt.

Sed ſepè id expugnauerunt gratis, etenim nunquam Illi potuerunt. Hunc ergo libellum non temerè, ſed ad probandum fuiſſe ab Auguſtino conſcriptum, firmis argumentis, demoſtrationibus præualidis, aliorum ritè ſolutis rationibus, iuxto noſtro ſuſcepto patrocinio, defendere, Sermones iſtiusmodi ad nos Eremitas, Auguſtinianæ dignitatis, & magnitudinis patrimonium facilè oſtendere, neruis omnibus ſum accuratè conatus. Quanquam libelli ſtylum Auguſt. probè cognoſcere, ac de eo in omnibus iuditium ferre, non eſt ſcribentis cuiuſq. Hunc nibilominus libellum noſtrum, ſibilis conſcindere, hunc nihil curare, nolle imitari, latinam nimis improbare planam locutionem. Vnum hunc è multis, qui cuncta pro ſalute habeat, exturbare, planè dedecet valdè. At cum Alcibiades (vt eſt apud Ælianum lib. 13. c. 38.) tam egrè ſibi ferendum putarit, Magiſtrum illum, in cuius ludum litterarium docendus intrauerat, carere Homero, vt manum ab eodem verberando abſtinere nequiuerit: non erit modo infracti animi, ſi poſſit videri non gloriæ magis, quàm iuſtæ Defenſioni, iure data à nobis opera? Oppugnauimus ergo eorum inualidas rationes, quibus erat animus, noſtræ ſeruatæ hactenus, ac in perpetuum ſeruandæ, factæ olim inſtitutionis Eremitici ordinis ab Auguſtino, opprimere Sermones. zelus namque Religionis noſtræ comedit nos.

✠ Læta-

Lætamini itaq. omnes Reuerendi Patres Eremitanæ Religionis, ſuper hæc Auguſtini Patris noſtri eloquia caſta, ſicut qui inuenit ſpolia multa. Tolle (vt olim ipſi Auguſtino cælitus eſt dictum) & diligenter legite: & qui ſermones hos noſtros legerit, non contemnat, verùm probè intelligat, quia non alterius, quàm Auguſtini ſpiritus, ſuos nos docet Eremitas. Hoc certè fuit ab initio inſtitutę Religionis exordium: hoc à maioribus noſtris audiuimus: hoc oculis noſtris perſpeximus, & manus noſtrę contrectauerunt de verbo vitę ęternæ, ac ſpiritualis ab Auguſtino noſtro nobis relicto: hoc omnes annunciamus, vt & hic libellus (erroribus quibuſdam & vno vel altero ſermone qui vel ab aliquo hęretico, vel à quouis alio additi fuerunt ſemotes, cum in clariorem lucem propediem dabitur, Deo bene fauente) ſocietatem nobiſcum habeat, non ab alio, quàm ab Auguſtino inſtitutis Eremitanis; de quibus, pro quibus, propter quos Eremitas, editi ſunt iſti huiuſmodi ſermones noſtri.

Digitized by Google

Magiſter Frater Hieronymus de Ghettis Rom. or. Er. Sancti Auguſtini Prior Generalis Ind. Reuer. Patri Magiſtro Angelo Vancio Ariminen. eiuſd. ord. S.

CVM à viris fide dignis acceperimus, te opus, titulo Iuſta defenſio pro Sermonibus Sancti Patris Auguſtini ad Fratres ſuos in Eremo luculenrer ſcripſiſſe, idq; Fratribus noſtris, & cæteris diuinarum literarum profeſſoribus fructuoſum, idcirco virtute pręſentium, & noſtri muneris auctoritate ad bonum publicum, reſeruato D.D. Superiorum beneplacito, imprimendi facultatem concedimus.

In quorum fidem &c. Dat. Romæ die 25. Februarij 1626.

Noſtri Officij affixo ſigillo.

Frater Hier. Romanus Generalis Ind.

Reg. lib. 2.

Digitized by Google

DE mandato Reuerendiſſimi Patris Generalis Magiſtri Hieronymi de Ghettis Romani, Defenſionem hanc Sermonũ D. P. Auguſtini ad Fratres ſuos in Eremo, quam ſtrenue ſuſcepit Admodum R. P. Magr. Angelus Vancius Ariminenſis Vir, & ſapientia, & probitate inſignis. Ego Frater Ambroſius Riccius Ariminenſis Auguſtinianus Doctor Theologus diligenter perlegi, & animaduerti Patrocinium hoc iuſtum, modeſtum, ſapientiſſimis rationibus inſtructum, iureq; ſuſceptum nihil continere, quod regulis Catholicæ Fidei, ac bonis moribus aduerſetur, ac propterea cenſui, vt in lucem poſſit emitti. Arimini ex Conuentu noſtro S. Ioannis Euangeliſtæ die 6. Nouembris 1625.

Ego Frater Ambroſius Riccius Ariminenſis Auguſtinianus Doctor Theologus.

DIligenter vidi, & conſideraui ego Brancutus Brancutus I. V. D. Sanctæ Inquiſitionis Ariminen. conſultor, ac Auditoratus Fiſcalis, Iuſtam defẽſionem pro Sermonibus S. Auguſtini ad Eremitas ab eodem R. Patre Magiſtro Angelo Vancio Ariminenſi Compilatam, & nihil contra ſtatuta Eccleſię inueni, & propterea liberè poſſe imprimi.

Dat. Arim. die 14. Nouembris 1625.

Arimini die 28. Nouembris 1625.

Iuſtam

Digitized by Google

IVſtam Defenſionem additam pro Sermonibus Diui Auguſtini ad Fratres ſuos in Eremo conſtitutos, ab Admodum R.P. Magiſtro Fratre Angelo Vancio Ariminenſe eiuſdem Eremitarum Ordinis, efficcaciſſimis rationibus conſtructam; De mandato Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi D. D. Cypriani Pauonij Epiſcopi Arimineu. diligenter vidi, & examinaui, nihil fidei Catholicæ, ac bonis moribus contrarium continere, immo dignam vt in lucem prodeat Cenſui.

Ego Frater Octauius Magnus Ariminenſis Ordinis Minorum Conuentualium Doctor Theologus, & Examinator Synodalis.

IVſſu Admodum R. P. Hippolyti Mariæ de Ferraria Ordinis Prædicatorum Vicarij Sanctiſſimæ Inquiſitionis Arimini. Ego D. Guidus Angelus de Melioribus Ariminenſis Congregationis S. Georgij ab Alga Venetiarum Canon. Secularis, ac Sacræ Theologiæ Doctor, opus iſtud in quo Admodum R.P. Magr. Angelus Vancius Ariminēſis Vir omnigena eruditione clarus, congruam, ac ſuæ ipſius Religionis zelo dignam pro Sermonibus S. Auguſtini ad Eremitas tutelam ſuſcipit, diligenter perlegi, cumq; nihil in eo, quod vel Catholicæ fidei, vel bonis moribus aduerſetur offenderim, iure propterea typis demādari

dari

Digitized by Google

Perilluſtri, ac Reuerendiſſimo D.

D. GEORGIO POLACCO VENETO,

Inſignis Sanctæ Luciȩ Cænobij Monialium à Confeſſionibus meritiſſimo

NON multum temporis elabitur ex quo celebris quidam Auctor exortus eſt (Georgi Vir Perilluſtris, & omnium diſciplinarum genere ornatiſſime) qui vt ordinis noſtri antiquiſſimum decus deturbaret ſi poſſet, à noſtro Diuo Auguſtino Parente nos Eremitanos filios abdicaret, abduceretq; fœtum eximium, ac ſacris perutilem ſuggeſtis; Operis D. Auguſtini veluti euerſor, vt ex huius excidijs, ſibi magnam fortè parturiret immortalitatis molem, minus decenter affatus eſt, ſermones ad Fratres in Eremo, Diuum Auguſtinum non exaraſſe; & paucis comitatus viris, conatus eſt, clariſſimis rebus tenebras obdu-

Digitized by Google

cere, & toti terrarum orbi, Eccleſiaſticis ſapientiæ gigantibus ſuffragantibus huic operi, ſolus nunc ipſe obſtare, palamq; ſtrepere viſus eſt. Huius porrò moleſtiæ, Magiſter Angelus Ariminenſis tui obſeruantiſſimus, de noſtra Religione benemeritus, meuſq; præceptor non immeritus, occurrendum eſſe, hiſce de cauſis duxit; primo vt horum ſermonum laudem temporis, & hominum iniuria, iam prope ſeneſcentem, quantum poſſet ab omnium obliuione rerum, ac ſilentio vindicaret; tum etiam ne impunè immunis, ac ſi pro aris, & focis digladiatus eſſet aliquidq; ſibi magni feciſſe is videretur; ſicq; quiſquis tandem ille fuerit ſuis tumeret nugibus, & ambagibus; hanc ſermonum Diui Patris Auguſtini Defenſionem, licet magnis, alijſq; curis detentus, tandem conſtruxit, & per crebras vigilias, impellentibus amicis, quidquid otij nactus eſt, in hoc, breui temporis anguſtia, conſumpſit opuſculo; mihiq; ſub prælo vt illud mitterem commiſit. Cui vt morem gererem, onus hilari animo ſubiui. Cum ſine duce illud in lucem edere non probarem; haud multum elaboraui, nec diu indagaui Patronum ſingularem, acerrimumq; tutorem, qui huius operis ſuſcipere patrocinium perbenignè dignaretur. Iamq; mihi illum affectāti, cum nemo ſuppeditaret; præclara, eaq; plurima animi tui inſignia (quæ perilluſtribus optimæ famę clangioribus per omnium terrarum plagas; & in noſtra Religione, cuius tu præcipuus ſtudioſus, præcipua eius inſtitutoris monumenta, ſacra. indefeſſa lectione peruoluis; nec proinde mirum ſi auguſtis dictis quas, orationes, in ſanctiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti laudes, non abditè in ſacris ædibus. ſingulis quibuſq; hebdomadibus, omnium applaſu prædicas, mirificè elucent) pręclara, inquam, animi tui inſignia omnibus vulgata, & olim, ab A. R. P. Magiſtro Ioſeph Columbina Auguſtiniano Veneto, Domino meo maxime colendo, mihi de prædicata, animum in meum recurrerunt, quæ vt Te eligerem facilè admonitum fecerunt, dulciterq; conata ſunt. Sermonum igitur ad Fratres in Eremo, opus ſane Exellens D. Auguſtini Eremitanæ Religionis Fundatoris extitiſſe, tum eſſe, Defenſio in lucem nunc prodit; quæ ne repugnan-

tibus

tibus occurere vereatur, immo horum vires infirmas, contundere animetur, Tui Nominis, & Numinis fulgore fulcitur: cuius adminiculo, conantia dumtaxat frangere franget; at pari fortuna, ſicuti ex Alexandri magni conſpectu, quilibet miles non modo mortem floccifacere, at palmas adipiſci, ſuadebat ſibi; ſic horum Defenſio ſermonum, ſub tuæ candidæ Aquilæ auſpicijs, tela reflectere maiora, maxima deuitare, aduerſantium quorundam vires negligere, eiſq; ictus infigere audebit; & veritatis armorum propugnaculis vallata, pietatiſq; erga D. Parentem equum conſcenſſa, ſub tuæ nobiliſſimæ proſapiei vmbra, tutas ſibi laureas promittit; ſub tua inquam nobiliſſima ſtipite; quæ vt Venetijs clariſſima vetuſtate, annoſaq; venuſtate gaudet, ita Cracouiæ apud Sigiſmundum Poloniæ Regem, non nulla luſtra, publicis, tum priuatis negotijs operam nauans, commorata, plurimis ab illo Sereniſſimo Rege decorata, pollet, ac ouat priuilegijs multis; inter quæ Aquilæ albæ inſignia tunc eſt aſſequuta, vnde proſapies quæ Sabadinæ nitebat Nomine, Polaccorum voluit nuncupari Cognomine; quæ ſtipes, quo pacto nobiliſſima ſibi primordia vindicauit, ita tempeſtatum ſucceſſione labenti, non paucis fuit referta perilluſtribus viris: quos niſi me aliunde pergere, lectionis raperet breuitas, longiori oratione, non perbreui Epiſtola, haud ſingulorum laudes, cum nil ſatis me dicturum cognoſcam, ſed ſingulos, licet inornatæ breuitati ſtudens ad vnum deducerem orationis curſum. Sed quorſum alios luſtrare, ſi te vnum in medium afferre ad tuæ domus decus affatim ſat ſuperq; ſit? Quid enim diſciplinarum genera, ſacrarum litterarum peritia ad proſapiei ornamentum non confert? Quid pietas, Religio impolluta, aliæq; virtutes non conducunt ad ſtipitis gloriam alicuius? Tu igitur cum non dumtaxat hiſce paucis, at innumeris alijs, ſtudio breuitatis ommiſſis vndiq; fulgeas; Polaccorum proſapies, multis antea ſerta fulgentibus aſtris, nunc redimita fulget Te ſole ſolo. Accedit ad hæc vitæ tuæ integritas, morum probitas non exigua qua de cauſa, inſigne Monacharum noſtri Auguſtiniani ordinis Cænobium ſub tui fide quieſcit, ſub tuo felici regimine geſtit. In quo munere, cum celeritate pruden-

tiam

Digitized by Google

tiam, cum prudentia fortitudinem, cum fortitudine ſapientiam, & mentis perſpicacitate connexos es, quanta vel optari iuberet, peti liceret, vel neceſſe foret. Tibi ergo eximiæ Virtutis decori, ſtudioſorum Mæcenati, hoc opus, meæ in te obſeruantiæ exile pignus, & ergo, tuiq; obſeruantiſſimi M. Angeli Vancij fætum, mecum vna, dico consacro. Læta, eia, mentis, ac oris amenitate, hunc vagientem amplectere partum, qui inter viros prçclariſſimos prodire peroptat, ne pereat ancipiti Pallade, illumq; ea foueas frontis ſerenitate, quanta offertur offerentis hilaritate. Vale ſemperq; Vale.

Patauij XI. Kal. Ian. 1626.

Perilluſt. ac Reuerendiſs. D. T.

Humilis ſeruus in Domino.

Magiſter Hippolytus Ariminenſis Auguſtinianus Patauini Gymnaſij Eremitarum Moderator.

Digitized by Google

AD LECTOREM

Magiſter Angelus.

REM certè gratiſſimam Sacræ noſtræ Auguſtinianæ familiæ, quin uero omnino debitam mihi feciſſe ſum arbitratus, ſi hoc (iuſte bellum in ſui gratiam in præſenti ſtrenuè militauerim ; vt ſanè fructu huiuſce diligentiæ meæ , magis, ac magis gaudere velint Eremitani Patres, quàm ſi quis Regnum illis nunc donaſſet : & par eſſe duxerim, vt omnes animi , ingenijq; mei vires, in noſtro omnium parente iure prædicando Auguſtino, magnificè ſe ſe proferant : à quo nimirum diſcunt omnes tanquam ab eximio doctore, ac omnium Magiſtro præſtantiſſimo : à quo nemo eſt mortalium cuiuſcunq; ſit, vel ætatis, vel loci, vel ordinis, vel fortunę, vel ſtudij, vel nationis, quin melior, ac doctior fieri queat : cuius omnibus in rebus magni momenti lectio, certa & fidelis prodeſt plurimum, varia mire delectat, ſcitu neceſſaria ſtudioſis, ne tempus quod nunquam redit amiſſum, vt Seneca loquitur ſecunda Epiſtola : malè conterant : ſcripſit magnus Pater Auguſtinus propemodnm libros innumeros, eruditione præcipuos, elegantia non contemnendos, doctrina re-

fer-

fertiſſimos; cuius labores, & vigilias pro Eccleſia Sancta Dei, nunquam edax tempus, inuidioſaq; vetuſtas nobis abſtulit, nullus aduerſantium furor deperdidit: id quod illius ſtudioſi tantum, non quotidie non experiuntur; à quo tot magnarum rerum, optimarumq; diſciplinarum omnis generis, præclariſſimis litteris, & iam explicata excellens doctrina: diuini huius, ac cæleſtis ingenij monumenta, legentium manibus teruntur quotidie, & magno non ſine fructu ſalutis. Veruntamen [illegible] ipſius operum non admodum ſoliciti, quòd omnibus indiſcriminatim ſint æque probata, vnius caſum, [illegible] in primis dolenter patiuntur Reuerendi Patres Eremitani, & meritò lamentantur. Equidem vnius libelli, qui ipſis eſſe debet profectò in delicijs, & pro centum millibus, amore percuſſi, eo iniuria priuari, ſupra omnes egre ferunt; cuius vehementiori deſiderio exardeſcunt, cui tàm fixè, pertinaciterq; inhęrent, vt ab eo diuelli nequaqaum, vel poſſint, vel debeant; è quo omnem ad animæ ſalutem profectum haurire queunt; cum hactenus tanto nimirum temporis interuallo prolatus in publicũ, deſiderationem ipſorum ſua lectione leniebat, complebat ſuauitate, & diuina illius orationis dulcedine, qua pollet in conſolando, in conſulendo, docendo, monendo, omni doctrina præditus Auguſtinus; ecce tibi complures poſtea homines eruditi, vicijs & erroribus, ignorantiaq; denuntiant reſperſum opus, hoc eſt, Auguſtini ſermones ad Eremitas inſcriptum, vt ementitum, vt ſuppoſititium,

Augu-

Auguſtino videlicet indignum accuſant, reijciendumq. totis viribus volunt.

Sed ſępè id expugnauerunt gratis, etenim nunquam illi potuerunt. Hunc ergo libellum non temerè, ſed ad probandum fuiſſe ab Auguſtino conſcriptum, firmis argumentis, demoſtrationibus prævalidis, aliorum ritè ſolutis rationibus, iuxto noſtro ſuſcepto patrocinio, defendere, ſermones iſtiusmodi ad nos Eremitas, Auguſtinianæ dignitatis, & magnitudinis patrimonium facilè oſtendere, neruis omnibus ſum accuratê conatus. Quanquam libelli ſtylum Auguſt. probè cognoſcere, ac de eo in omnibus iuditium ferre, non eſt ſcribentis cuiuſq. Hunc nihilominus libellum noſtrum, ſibilis conſcindere, hunc nihil curare, nolle imitari, latinam nimis improbare planam locutionem. Vnum hunc è multis, qui cuncta pro ſalute habeat, exturbare, planè dedecet valdè. At cum Alcibiades (vt eſt apud Ælianum lib. 13. c. 38.) tam egrè ſibi ferendum putarit, Magiſtrum illum, in cuius ludum litterarium docendus intrauerat, carere Homero, vt manum ab eodem verberando abſtinere nequiuerit: non erit modo infracti animi, ſi poſſit videri non gloriæ magis, quàm iuſtæ Defenſioni, iure data à nobis opera? Oppugnauimus ergo eorum inualidas rationes, quibus erat animus, noſtræ (ſeruatæ hactenus, ac in perpetuum ſeruandæ, factæ olim inſtitutionis Eremitici ordinis ab Auguſtino) opprimere Sermones. zelus namque Religionis noſtræ comedit nos.

✠ **Læta-**

Lætamini itaq. omnes Reuerendi Patres Eremitanæ Religionis, ſuper hæc Auguſtini Patris noſtri eloquia caſta, ſicut qui inuenit ſpolia multa. Tollit (vt olim ipſi Auguſtino cælitus eſt dictum) & diligenter legite: & qui ſermones hos noſtros legerit, non contemnat, verùm probè intelligat, quia non alterius, quàm Auguſtini ſpiritus, ſuos nos docet Eremitas. Hoc certè fuit ab initio inſtitutę Religionis exordium: hoc à maioribus noſtris audiuimus: hoc oculis noſtris perſpeximus, & manus noſtrę contrectauerunt de verbo vitę ęternæ, ac ſpiritualis ab Auguſtino noſtro nobis relicto: hoc omnes annunciamus, vt & hic libellus (erroribus quibuſdam & vno vel altero ſermone qui vel ab aliquo hęretico, vel à quouis alio additi fuerunt ſemotes, cum in clariorem lucem propediem dabitur, Deo bene fauente) ſocietatem nobiſcum habeat, non ab alio, quàm ab Auguſtino inſtitutis Eremitanis; de quibus, pro quibus, propter quos Eremitas, editi ſunt iſti huiuſmodi ſermones noſtri.

Digitized by Google

6

Magiſter Frater Hieronymus de Ghettis Rom. or. Er. Sancti Auguſtini Prior Generalis Ind. Reuer. Patri Magiſtro Angelo Vancio Ariminen. eiuſd. ord. S.

CVM à viris fide dignis acceperimus, te opus, titulo Iuſta defenſio pro Sermonibus Sancti Patris Auguſtini ad Fratres ſuos in Eremo luculenter ſcripſiſſe, idq; Fratribus noſtris, & cæteris diuinarum literarum profeſſoribus fructuoſum, idcirco virtute præſentium, & noſtri muneris auctoritate ad bonum publicum, reſeruato D.D. Superiorum beneplacito, imprimendi facultatem concedimus.

In quorum fidem &c. Dat. Romæ die 25. Februarij 1626.

Noſtri Officij affixo ſigillo.

Frater Hier. Romanus Generalis Ind.

Reg. lib. 2.

Digitized by Google

DE mandato Reuerendiſſimi Patris Generalis Magiſtri Hieronymi de Ghettis Romani, Defenſionem hanc Sermonũ D. P. Auguſtini ad Fratres ſuos in Eremo, quam ſtrenue ſuſcepit Admodum R. P. Magr. Angelus Vancius Ariminenſis Vir, & ſapientia, & probitate inſignis. Ego Frater Ambroſius Riccius Ariminenſis Auguſtinianus Doctor Theologus diligenter perlegi, & animaduerti Patrocinium hoc iuſtum, modeſtum, ſapientiſſimis rationibus inſtructum, iureq; ſuſceptum nihil continere, quod regulis Catholicæ Fidei, ac bonis moribus aduerſetur, ac propterea cenſui, vt in lucem poſſit emitti. Arimini ex Conuentu noſtro S. Ioannis Euangeliſtæ die 6. Nouembris 1625.

Ego Frater Ambroſius Riccius Ariminenſis Auguſtinianus Doctor Theologus.

DIligenter vidi, & conſideraui ego Brancutus Brancutus I. V. D. Sanctæ Inquiſitionis Ariminen. conſultor, ac Auditoratus Fiſcalis, Iuſtam defẽſionem pro Sermonibus S. Auguſtini ad Eremitas ab eodem R. Patre Magiſtro Angelo Vancio Ariminenſi Compilatam, & nihil contra ſtatuta Eccleſię inueni, & propterea liberè poſſe imprimi.

Dat. Arim. die 14. Nouembris 1625.

Arimini die 28. Nouembris 1625.

Iuſtam

IVſtam Defenſionem additam pro Sermonibus Diui Auguſtini ad Fratres ſuos in Eremo conſtitutos, ab Admodum R.P. Magiſtro Fratre Angelo Vancio Ariminenſe eiuſdem Eremitarum Ordinis, efficacisſimis rationibus conſtructam; De mandato Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi D. D. Cypriani Pauonij Epiſcopi Ariminen. diligenter vidi, & examinaui, nihil fidei Catholicæ, ac bonis moribus contrarium continere, immo dignam vt in lucem prodeat Cenſui.

Ego Frater Octauius Magnus Ariminenſis Ordinis Minorum Conuentualium Doctor Theologus, & Examinator Synodalis.

IVſſu Admodum R. P. Hippolyti Mariæ de Ferraria Ordinis Prædicatorum Vicarij Sanctiſſimæ Inquiſitionis Arimini. Ego D. Guidus Angelus de Melioribus Ariminenſis Congregationis S. Georgij ab Alga Venetiarum Canon. Secularis, ac Sacræ Theologiæ Doctor, opus iſtud in quo Admodum R.P. Magr. Angelus Vancius Ariminēſis Vir omnigena eruditione clarus, congruam, ac ſuæ ipſius Religionis zelo dignam pro Sermonibus S. Auguſtini ad Eremitas tutelam ſuſcipit, diligenter perlegi, cumq; nihil in eo, quod vel Catholicæ fidei, vel bonis moribus aduerſetur offenderim, iure propterea typis demādari

dari

dari poſſe probaui. Dat. Arimini in Monaſterio noſtro S. Iuliani die 10. Decembrius 1625.

EGO Frater Iacobus Seghettius de Argenta Ordinis Prædicatorum Arimini Phyloſophiæ Lector ex cõmiſſione Admodum R. P. Hippolyti Mariæ de Ferraria Sanctiſſimæ Inquiſitionis Vicarij Arimini præſentes Admodum R. P. Magiſtri Angeli Vancij Defenſiones ſuper Diui Auguſtini ſermones ad Eremitas directos ſumma animi iucunditate perlegi, quas cum eſſe mira induſtria, ac diligentia elaboratas, ſummaq; animi pietate, ac dexteritate refertas agnouerim, vt typis mandentur perdignas exiſtimaui. Arimini die 18. Ianuarij 1626.

Ità Atteſtor Ego Frater Jacobus Seghettius de Argenta qui ſupra.

Stantibus præmiſsis opus approbamus ad effectum, vt imprimatur Bernardinus Benedictus Vicarius Generalis Arimini.

Frater Hippolytus Maria de Ferraria Vicarius Generalis Sancti Offitij Arimini.

Admo-

Admodum R. P. Magiſtri Fratris Angeli Vancij Ariminenſis debitum obſequium, piamq; animi ſui deuotionem erga Sanctum Patrem Auguſtinum Eremitarumq; Religionem. Iuxta defenſio pro Sermonibus Sancti Patris Auguſtini ad Fratres ſuos in Eremo conſtitutos. Vidi, & perlegi, & cum ſingula enarrata ſint Catholicę fidei, boniſq; moribus conſona typis demandari poſſe ad commodum pręcipuè Eremiticę Religionis exiſtimaui.

Ego Angelus Michael Caſtellanus Sancti Matthęi Rector, Sacrę Theologiæ Doctor, ac in Ciuitate Bononienſi apud Illuſtriſſimum, & Reuerédiſſimum Cardinalem Ludouiſium Synodalis Examinator.

Atteſtor ego Frater Octauius Rauennas Theologus & Metaphiſicus publicus, me legiſse librum cui titulus eſt Iuſta Defēſio pro Sermonibus S. P. Auguſtini ad Fratres ſuos in Eremo confecta à P. R: Magiſtr: Angelo

gelo Vancio Ariminenſi Auguſtin. nihilq; contra leges reperi

Stante atteſtatione F. Paulus Inquiſitor Paduæ admittit vt imprimatur.

AVCTORES

IN HOC OPERE CITATI.

D. P. Auguſtinus.
D. Ambroſius.
D. Antonius.
D. Antonius de Padua.
Alphonſus Ciaconius.
Aluarus Pelagius.
Antonius de Gueuara.
Antonius de Balocho.
Antonius Molina.
Aulus Gellius.
D. Anſelmus.
Alphonſus à vera Cruce.
Alexander Magnus.
Angelus Rocchenſis.
Aldus.
Ambroſius Coriolanus
Ambroſius Gentilis.
Antonius Dertonenſis.
Arnaldus.
Albertus.
Alciatus
Aldourandus.
Ariſtoteles.
Alexander ab Alex.
Antonius Cerrus.
Azorius.

Abbas.

Digitized by Google

Abbas.
Aloyſius Miranda.
Anaſtaſius bibliotheca-
rius.
D. Bonauentura.
Beda Venerabilis.
Bellarminus.
Baronius.
Briga.
D. Baſilius.
D. Benedictus.
Barradius.
D. Bernardus.
Benedictus Capra.
Baſſianus.
Baſilius Sirenius.
Bartholomeus Bartoro-
lus.
Caſsianus.
Craueta.
Coradus.
Caius.
Cicero.
Cato.
Corneus.
D. Cyprianus.
D. Chryſoſtomus.

Conc. Trid.
Dioniſius Carthuſianus.
Decius.

Eraſmus.

Felinus.
Franciſcus Suarez.
Franciſcus Piſanus.
Ferdinandus Hiſpanus.
Ferdinãdus de Caſtiglio.
Franciſcus Leo.
D. Gregorius.
Gabriel Vaſquez.
Gregorius Toloſanus.
Genebrardus.
Gargias Louiſa.
Gelaſius Papa.
Gregorius Papa. VIIII.
Gabriel Penotus.
Gracianus.
Gloſa Interlinearis.
D. Hieronymus.
Hieronymus Romanus.
Hieronymus Platus.
Horatius.
Hieronymus Catena.

Digitized by Google

B. Iordanus.
Ianus Guilelmus.
Ioſeph Panphilius Signinus.
Iacobus Gualla.
Ioannes Mabuernus.
Ioannes Trullus.
Ioannes Boemus.
D. *I*uo Carnotenſis.
Ioannes *M*arquez.
Imola.
*I*oannes Vaſcus.
*I*ſidorus.
*I*nnocentius III.
Iulius Paulus.
Ludouicus ab Angelis.
Lãdulphus de Vita Xpi.
Lancilotus.
Liuius.
Louanienſes doctores.
*M*ichael de Carcano.
Maioragius.
*M*agr. Sententiarum.
Michael de Medina.
Nicolaus Barianus Placentinus.
Nicolaus Cruſenius.

Nicolaus Papa V.
Nauarrus.
Oſorius.
Onufrius.
D. Proſper.
Poſsidonius.
Pius Papa *II*.
Petrus *M*aturus.
Paulus Morigius.
*P*ontanus.
Pico *M*irandul.
Philippus Bergomenſis.
Pondeletius.
Plinius.
Petrarcha de Vita ſolitaria.
Petrus *A*lbinianus.
Petrus Clotonus.
*P*ericles.
*P*anuinius.
*P*latina.
*P*acius Scala.
*P*aleottus
Quintilianus.
Renatus Chopinus.
Regracierius.
Rutilius Brentonius.
Robertus de Litio.

Spa-

Spalatenſis.
Sigonius.
Saluianus Marſilienſis.
Surius.
Seraphinus Caponus
Sixtus IIII.
Strabo.
Saluſtius.
Simanca.
Socinus.
D. Thomas.
Thomas Anglicus.
Teofraſtus.
Thomas à Tallamello.
Trufa.
Thomas Vulalenſis.
D. Vicentius Ferrerius
Varro.
Vulpianus.

TABVLA

Capitum, & eorum, quæ in eiſdem Capitibus continentur.

INtroductio Operis, in qua mens Auctoris aperitur pag. 9.
Caput primum, in quo multis argumentis D. P. Auguſtinus ſermonum ad Eremitas Auctor comprobatur. 11.
Ex nominis inſcriptione probatur intentũ. ibid.
Idem probatur ex Venerabili Antiquitate. 12
Sacri Canones ad hoc idem adducuntur. 14
Inductione confirmatur. 15
Veterum, & Recentiorum teſtimonia. 18

Multi Sancti Patres, & Pontifices Auguſtino tribuunt hos Sermones. 20
Concil. Aquiſgranenſe. 21
Doctores, ex ſacra Prædicatorum familia. 21
Ex Sacro D. Franciſci inſtituto. 21. 22.
Ex Carmelitis, Cartuſianis, & Societate Ieſu. 22.
Nonnulli Canonici Regulares idē admittunt. 22.
Hiſtorici non pauci in hoc conueniunt. 23
Caput ſecundum, in quo ponitur, & reicitur Patris Gabriellis Penoti ſententia. 24
Adducuntur à P. Penoto Cardinales Baronius, & Bellarminus. 26
Reſponſio Auctoris. 26. 27
De Cardinalatu D. Hieronymi. 28. 29.
Secunda obiectio ex diuerſitate fraſis. 29
Obiectioni fit ſatis. 30. vſq; 36.
Tertia obiectio ex errore in regulis grammaticalibus. 36
Reſponſio ad obiectionem. 37. 38.
Quarta obiectio; quia ſententiæ integræ apud alios Doctores reperiuntur. 39
Reſponſio. 39. 40
Quinta obiectio. Quia tractant de rebus ad Eremitas nihil ſpectantibus. 41
Reſponſio. ibidem.
Caput tertium, in quo errorum vmbræ quibus P. Gabriel Penotus impugnat ſermones ad Eremi-
mi-

mitas, expenduntur, & fugantur. 42
Primus error fingitur in primo ſermone contra Hiſtoriam Poſſidonij. ibidem
D. Poſsidonij, immo & D. Patris Auguſtini verbis fugatur vmbra erroris. 43. vſq; 48
Secundus error, in 4. ſermone quia Auctor falſa, & fabuloſa exarat. § 2. 49
Reſolutio. ibidem
Tertius Error in 5. ſerm. quia Auctor ille contrariatur Poſsidio, & Patri Auguſtino. §. 3. 51
Reſoluitur contrarietas. ibidem
Sibimetipſi contradicit in eodem ſermone Auctor ſermonum. eodem §. 54
Nullam eſſe contradictionem oſtenditur. ibid.
Arguitur non eſſe Auguſt. ſermo quintus, quia probris, & cōuitijs plenus. ibid. erit reſpōſio. 56
Reprehenditur vt ignorans hiſtoriæ in eodem ſerm. ſed ab ignorantia vindicatur. 59.
Falſa, & indigna tribuit Auguſtino in eodem ſermone Auctor, & à falſitate defenditur. 60
Sermo 21. excluditur à Patre Penoto quia agit de triplici genere Monachorum. Ipſum tamen eſſe D. P. Aug. cōuincitur. § 4. 61. & ſeq.
Dicitur errare Auctor, quia Simplicianū numerat inter Eremitas, at vindicatur ab errore. 66
Cōtradicit hic ſermo dictis P. A. de verbis Apoſt. & Hom. 9. ſed tollitur cōtradictionis ūbra. 67
Iacta-

Iactationem D. Auguſtino indignã continet hic ſermo ait Penotus. ſed gratis hoc dicit. 68. 69
Tandem dicit hunc ſerm. contradicere Auguſtino ſerm. de com. vita Cleric. at non ita eſſe manifeſtè aperitur 70
Contra 24. reclamat Penotus, ac deridet illud de D. Hieronymi Cardinalitia dignitate 73
D. Hieronymus Cardinalis oſtenditur. 73 & ſeq.
Contra 25. ſerm. multos adducit errores P. Penotus. Primus error, quo appellat Ciprianũ Compatriotã ſuum refertur & diluitur. § 6. 77
Secundus error, quo D. Auguſtino alijs in locis repugnare videtur, de medio tollitur 78
Tertius confictus error, quia Auctor, Ieiunium vſq; ad noctem, non bonum appellat, diſſoluitur 80
Quartus error eſt, quia repugnat dictis D. Patris Auguſt. lib. 9. Confeſſ. Tollitur error, quia non repugnare demonſtratur 82
Quintus error, quia S. Matri Monicæ abusũ imponit; hoc tamen falſum eſſe indicatur. 83
Sermonem 27. reicit P. Penotus, quia in eo fit mentio de Baptiſmo D. P. Auguſtini, ſed fruſtra laborat § 7. 85
Eundẽ ſermonẽ impugnat propter barbariſmos: ſed nullus ibi eſſe barbariſmus oſtenditur. 87
Negat illum eſſe Auguſtini, quia ei repugnat lib.

18. de

18. de Ciuit. Dei cap. 8. ſed minime hoc negandum cum ei non repugnet 89
Non poteſt eſſe D. Auguſtini hic ſermo, quia in eo ſit mentio de præbendis, quæ eo tempore non fuerunt in vſu 90
Reſponſio, & explicatio verborum D. P. Aug. 91
Vltimo impugnatur hic ſermo, quia hic vetatur Sacerdotibus manibus operari, cum tamen contrariũ ſubſcripſit Aug. in Cõc. Cartag. 4. ſed confutatur hæc ratio, & explicatur Cõc. 93
Sermo 48. impugnatur, quia in eo narrantur (inquit Pater Penotus) impoſſibilia; at re perſpecta nulla apparet impoſſibilitas § 8. 97
Tandem impugnat P. Penotus ſerm. 57. quia non tuta in fide continet. Sed reiicitur hæc ratio, & vera continere declaratur § 9. 101
Confirmatur adhuc ſermones ad Eremitas à D. P. Aug. fuiſſe compoſitos § 10. 105. & ſeq.
Caput quartum. Ratio cur hos ſermones ad Eremitas à D. P. Auguſtino compoſitos, aliqui negant, aperitur; ſimulq; Auguſtinianæ Eremiticæ Religionis cauſa defenditur. 108
Ratio, cur negant aduerſarij hos ſermones à D. Patre Auguſtino fuiſſe compoſitos. § 1. 108. 109
D. Pater Auguſtinus Monachus, Eremita, & Eremitarum inſtitutor § 2: 110
Monachus propriè, & ſpecificè quis ſit cenſendus

dus §3. 111
Monachos habuit ſub ſua cura degenres 112
Monaſterij nomen congruentius dicitur de domibus Monachorum quam Clericorum. 113
D. P. Auguſtinus verè, propriè, & realiter fuit Monachus. 115
Idem confirmatur. §4. 116
Occurritur obiectioni P. Penoti. §5. 119
D. Antoninus partem noſtram defendit 119
Franciſcus Suarez eandem confirmat. 120. & ſeq.
Caput quintum, in quo adducuntur rationes P. Euſebij Coradi, & diluuntur §1. 124
Titulus libelli P. Coradi 125
Adducuntur verba illius 126
Ratio P. Euſebij cõtra primã concluſionẽ Coriolani. 127
Reſponſio ad eius rationem 128
Secunda concluſio Coriolani, & tres rationes Euſebij contra illam. 131
Reſpondetur primę, & ſecundæ rationi. 132. 133
Tertiæ rationi fit ſatis, 135
Dicere S. Auguſtinum Eremitam, & Eremitarũ inſtitutorẽ, hæreſim appellat P. Euſebius. 126
Hereſis Diffinitio, 140
Alia hęreſis diffinitio adducitur 141
Falſa Euſebij calumnia confutatur 144
Fama, comprobatur Auguſtinus inſtitutor Eremitarum. 148. & ſeq.
INTRO-

INTRODVCTIO.

ADiuo patre Auguſtino (cuius ad omnia ſcriptorum genera præclariſſimum, propemodumq. accomodatiſſimum ingenium, totus miratur orbis) hoſce ſermones exaratos fuiſſe, necnon ad fratres ſuos in eremo conſtitutos, poſtea tranſmiſſos, quàmplurima probè teſtantur, vt plerique omnes viri cordati facilè conſentiunt: & mirum profectò qui fieri potuit, quempiam ijs fuiſſe aduerſarium. Quamuis omnes eſſe ex Auguſtini Marte, non diutius contendendum; nec incongruum, ipſum fortè parum doctum collectorem, ex induſtria ſuos vnum aut alterum addidiſſe: iniquiſſimum certè videri poſſet, ſi in odium eremitani ordinis, omnes ſine delectu eliminentur, de ſiniſtra fide paſſim accuſentur; inutiles, ſordidi, floci faciendi aperte dicantur: & plus nimio zelo onuſtus, qui in ſuper horum Auctorem, mentitum, ſupplitio ignis tradendum ſcripſit, & ſermones pro fabulis habendos: (hũc ſeruare modum noſtri didicere libelli, parcere perſonis, dicere de vitiis, ita D. Hieronimus ad Nepotian:) quibus tamen alii non doctiſſimi viri non deſinerent vti, ſiquis eſſet locus, quem in ſenſum ſuum ineptè torquere poſſent; non vt illis fidem adhiberent, ſed tantum vt nos eremitas Auguſtinianos perturbatos facerent. Ac vt olim non defuere heretici, qui impudenter ſacrarum ſcripturarum libris, vel ferè omnibus, vel certè aliquibus, omnem prorſus auctorita-

tem detrahere niterentur, eo quòd ipſorum grauiſſimos errores funditus euertendos perſpicerent, quorum decem, & octo manifeſtas hereſes poſt Sixtum Senenſem, eruditè proſequitur confutare Bellarminius lib. 1.

Et ſanè non mirandum, ſi hi Auguſtiniani ſermones, pariter oppugnatores offenderint; qui non in parietum modo, aut tectus concuſſione ſiſtere videtur: ſed vſque ad vltima, imò prima Sacri Ordinis Eremitici fundamenta effodienda, atq. euertenda progreſſi, iacturam in capitis inſtitutione tantæ Religionis, importare nobis eremitis, ſatagunt, vt Nouitios nos in Sancta Dei Eccleſia ſuo ſenſu faciant, qui aliis quamplurimis antiquiores, in Chriſto Ieſu per Euangelium eius, à D. P. Auguſtino tot ſeculis geniti ſumus; quippe qui iampridem in illius ſanctiſſimis veſtigijs, omnium primi pedem poſuimus, & vota fecimus, tali preſtātiſſimo Duce, auctore, ac defenſore; cuius diuina propemodum Minerua, omne genus artiū, doctrinarum, ſcientiarum, librorum, ſermonum egregiè tractauit. Onerauit hoc modeſtiam noſtram, etiamſi ſtilus ipſe preſſus, demiſſuſq. fuerit; propterea quod omnino cogi videmur, almi parentis noſtri D. Auguſtini, partes candidè tueri promiſſo ſatisfacientes, dum ipſe eiuſmodi noſtra iuſta defenſione, nunquam egere prorſus cogitauerit: ex facto tamen, ius oritur legiſte inquiunt. & Apoſtolus, Nemo ſibi viuit. ad Rom c. 14.

Sed age, rem agreſsis, eadem vti via liceat, qua Bellarminus ipſe potiſsimū vtitur pro epiſtola ad Hebreos

con-

contra impugnatores, tùm ex antiquis hereticis, tùm ex Catholicis quibuſdam; etſi in Eccleſia aliorum omnium conſenſione, illius epiſtolę ſemper viguit auctoritas; & noſtrorum quoq. ſermonnm.

Caput primum in quo multis argumentis D. P. Aug. ſermonum ad Eremitas auctor comprobatur §. Primus.

Primum argumentum ex nominis inſcriptione ſũmitur; ea enim ratione, pſalmos à Dauide decantatos fatemur, prophetias ab Iſaia, Hieremia, Ezechiele, aliiſq. diuinis Vatibus prędicatas nouimus; libris phiſycorum, Metaphyſicorũ, Moralium, Ariſtotelis nomen fidem facit: hos libros à Galeno, alios ab Auicena, quoſdam ab Hippocrate conſcriptos, Medici affirmãt; Ciceronis, Platonis, Virgilij, Horatij, Baldi, Bartoli nuncupatio ipſa, ſuos præſefert manifeſtè Auctores certos, nullomodo varios: Sermónes verò noſtri, iam in fronte gerunt apertum proferuntq. glorioſum nomen D. P. Auguſtini, & legitimum huius operis parentem ſtatuunt.

Hęc item ratio perbellè perſuadet, Hymnum, Te Deum laudamus, ab Eccleſia creditum & affirmatum olim à D. Ambroſio, & Auguſtino compoſitum, non à quopiam alio; quoniã habuit ſemper titulum huiuſmodi duorum nominum: cui celeberrimo omniũ Hymno, cum aliud nullum D. Ambroſij opus, fidem faciat, niſi quem ad populum habuit, Sermo de Auguſtini Baptiſmo, vbi de illo eſpreſſa fit mentio, ac de

monacatu, cuculla nigra, cinctorio coriaceo Auguſtini, rectè colligit Eccleſia, Hymnum, Te Deum laudamus, Ambroſij eſse, & Auguſtini. Hinc quoq. factum eſt, vt epiſtolas quaſdam, doctas quidem, & eruditas, Tomo nono inter D. Hieronimi opera, non ab eo conſcriptas dicamus, quarum Auctores ignoramus; cum tamen aliæ ſuis Titulis, proprios teſtantur Auctores. Inter opera Galeni, merito quędã, ac reuera nõ inutilia, irrepſerũt, quæ ſpuria dicantur à Medicis, eo quoniam nullum habent certi Auctoris nomen inſcriptũ, vt de dinamidijs, de quattuor humoribus, de ſpermate, Anatomia viuorum &c. Sunt etiam qui proprium fetum ad piſonem Galeni, perperam Galeno negant. Thomas Anglicus ſuper Iſaiam, Hieremiam, Apocalypſim, Geneſim, epiſtolas canonicas ſcripſit: Verum Typografi per errorem, Thomam Angelicum imprudenter dixerunt, vt Ferdinandus à Caſtiglio notauit in Cron. S. Dominici lib. 3. c. 31. Sermones autem pręfati, non alterius ſed Auguſtini ſolius habent, certum ac pręfixum nomen; quod à maiori, & ſaniori parte totius Eccleſię colitur, ac cum ſuis eremiticis Sermonibus libẽter admittitur: veruntamen ſtandum eſt à pluribus.

§. II.

Secundum perſtringamus argumentum, ex venerabili antiquitate deſumptum; cui & patres ipſi, ac ſcriptores omnes non vulgarem auctoritatem dandam eſſe, iurè ſemper cenſuerunt, & in teſtimonium adducendam affirmant. qua item ratione vti non dubitauit pro epiſtolarum veritate tuenda D. Petri, Iacobi,

16
cobi, Ioannis, Iudæ, Bellarminus. Tot ergo elapſis ſeculis, hi ſermones ex Auguſtini officina editi, ab omnibus fermè ſcriptoribus creduntur, donec apoſtata, hereticus ille Eraſmus monaſticæ vitæ hoſtis, temerè nimis, & imprudenter, de medio illos tollere cogitauit: omnes hactenus factas impreſsiones Sermonum horum, ſub nomine S. Auguſtini habemus, anno 155 anno 1559. anno 1584. Venetijs. anno 1614. Pariſijs imò quod negari nequaquam poteſt, antea impreſsi & poſtea, ſemper nomine S. Auguſtini circunferuntur; atq. decimum Tomum operum D. P. Auguſtini illos continere omninò conſtat: Certè ſi ex multi tẽporis decurſu, ipſa non interrupta traditio per omniũ ferè manus tranſmiſsa, huic operi fidem non adhibeat inconcuſsam, periit profectò omnis omnium librorum certitudo: quo argumento ſuffultus ipſe D. P. Auguſtinus lib. 33. cont. fauſtum c. 6. putabat à nullo, ſuos libros fore reijciendos, exemplo Platonis, Ciceronis, Ariſtotelis, Varronis, aliorumq. huiuſmodi; vnde nouerint homines (aiebat) quòd ipſorum ſint, niſi eadem temporum ſibimet ſuccedentium conteſtatione continua? & ſi quis neget has litteras eſſe meas (de ſuis ſcriptis loquitur S. Auguſtinus) vnde cõuincetur, niſi quia qui nunc iſtas nouerunt, notitiã ſuam ad longè, & poſt futuros, continuatis poſterorũ ſucceſsionib. traiiciunt? Cum ergo de tàm longi temporis antiquitate agitur, pro nobis habemus omnes ferè dignos ſcriptores, tribus vel quatuor exceptis, Eraſmo, Louanienſibus doctoribus, Bellarminio, Baronio; quibus tamen Reuerendiſs. Angelus Rocchen

ſis,

Digitized by Google

ſis, Ioannes Marquez, Nicolaus Cruſen noſtrates cumulatiſſimè reſpondere: nec longo interuallo, ſuperiore anno quæſtionem omnibus moleſtam, iamq. ſopitam, iterum in lucem reuocauit importunè nimis venerandus Don Gabriel Penotus Canonicus Regularis: ſed hic auctor ſuſtineat ſuo loco paratas ſuis obiectionibus reſponſiones; Interim nequaquam illi credendum 7 tit. q. Cod. Teod. Arcad. & onor. difficilimum ſanè linguam, atq. calamum ſub rationis imperio cogere: eius ex his atque alijs breui conſtabit, falſum iuditium circa ſermones hos noſtros: noſtros inquam, quia ad nos Eremitas à D. P. Auguſtino diriguntur, tametſi aliis de rebus quandoque loquantur ad eremitas parum ſpectanctibus. non modo fas eſſe, imò verò nos obligatione vrgeri, faciem oppoſitoribus non auertere, ſed pro veritate obſtare, oſtendit Pater Ferdinandus de Caſtiglio in Cron. S. Dominici c. 15. lib. 3. exemplo Sanctorum Apoſtoli Pauli, Gregorij, Hieronimi, Auguſtini, Thomæ contra petulantium linguas ſui, & aliorum cauſa tuendi honoris.

§. III.

Tertium iam producatur argumentum. Sacri Canones non ſemel, & iterum; at ſæpè quidem, apertè inſinuāt ſermones ad Eremitas Sancti P. Auguſtini eſſe. Hinc videre eſt, quoties Dominus Gracianus integras hinc colligat auctoritates in diſtint. cauſ. queſt. cap. de conſec. de pęnitentia, quæ nullibi in operibus Auguſtinianis habentur, niſi in his exaratę ſermonibus. Hęc omnia loca indicarunt doctiſſimi quidam ex noſtris, Marquez cap 8. Cruſenius cap. 10. Thomas à

Ta-

Digitized by Google

Talamello c. 11. fieri ergo potuit, vt vir grauiſsimus Gracianus, tàm hallucinatus fuerit ineptè in horum frequenti citatione ſermonum? ergo dixerit quiſpiã, nihil firmum in hac Iuris Canonici parte, dum pariter alios quoſq. refert paſsim doctores. Quid? quod nonulli quoq. Sancti Patres tanti fecere hunc ſermonum libellum, vt aliquando minimè vereantur, integras ex eo ſententias amplecti? eos videre licet apud noſtrates ſupra citatos. Addendum quin etiam putauerim, ex fonte ſermonum horum, verſiculis, reſponſoriis, antiphonis plerunq. vti Eccleſiam, atq; orationem vltima de Domini paſſione, in offitio B. V. in codice altero Diurno, quæ tùm à Sacerdotibus ad ſacrum Miſſæ Sacrificium deuotè recitari ſolet. Hic ſe fatetur (nuſquam alibi D. P. ſe baptizatum à D. Ambroſio, Monaſteria Eremitarum, atq. Clericorum inſtituiſſe: ſe vocatum à D. Valerio, ab eodẽ acerſitum Sacerdotem electum, ac poſtmodum ſuſcepto Epiſcopatus offitio functum fuiſſe. Hic Eremitanæ Religionis, prima ab Auguſtino origo deſcribitur. Hic quędam ab eo repetuntur, quæ & in ſua Regula apertè legere fas eſt. Ridicula verò ea fuga quorundam perſpicitur; dum enim prem̃ Aug. de Clericis, de Sacerdotib. de Canonicis, etiam Laicis loquitur, benè habet, vera dicit Aug. clericus nimirum, Sacerdos, ac Epiſcopus; Clericos docuit, Laicos monuit, Sacerdotes inſtituit, Canonicos reformauit. verum cum ad eremitas ſuos ſermones dirigit (ſunt autem ſimul omnes huiuſmodi ſermones, arbitrario ordine diſpoſiti à primo Collectore) tunc aperto ore clamant, pugnaciter re-

pu-

Digitized by Google

pugnant,reprehendunt,ordinem confuſum reiiciunt improprias locutiones carpunt, barbarum ſermonẽ Auguſtino indignum affirmant, errores inueniunt; atque ſic omnia ſe putant contra eremitas retundere, & confodere: Verum, ſermo datur cunctis, animi ſapientia paucis. nec eſt arbitrii noſtri, quid quisque contra nos loquatur *Cato*. Non hoc loco de Helenæ vmbra, vt Troiani cum Græcis olim: rem ipſam agdiemur, *Plato q. de Repub.*

§. IV.

Quartum prodeat argumentum. Horum ſermonum libellus, Catholicorum omnium conſenſu, vel eſt D. Auguſtini opera, vel alterius? nullius, quis ſtultus dixerit. Non alterius: producatur niſi horum fuerit Auctor: equidem mirum, hactenus aduerſarorum nulli in mentem veniſſe, cui nam certo Auctori ac nominato ſit adſcribendum opus. nullum apparet pro altero probabile ſignum. imo id eſſet contra legem charitatis, & valdè iniquum, ſibi quod eſt alterius attribuere, doleret cum Virgilio Auctor certus, hos ego verſiculos feci, tulit alter honores: proculdubio eſt contra naturalem legem, quod tibi fieri non vis. d. 1. c 1. præterea ſi hoc dici poſſet, quis quęsò non videt, eadem facilitate aſſerendum, nec libros de Trini: nec de Ciuit. D. de doct. Chriſtiana, nec ſuper Gen. ſuper Ioan. eſſe D Auguſtini partum, imo nec libros de Retract. ſed ab alio viro docto, & probo conſcriptos, & Auguſtino mendaciter attributos; quo ſtante, periret tàm magni Doctoris omnis auctoritas. Imò & omnium ſcripturarum fides nutaret

tam-

Digitized by Google

tamquam incerta; quod ſine incredibili catholicæ fidei iactura eſſe non poſſet:

Poſſidonium S. Patris Auguſtini diſcipulũ & eremitã, horũ ſermonum non fuiſſe Auctorem, liquet apud omnes nec inter illius opera habentur: refert tamem verſus quoſdam Auguſtini mẽſæ affixos, qui dumtaxat in ſermone 26. leguntur: in Sermone 4. de Obedientia, prodit ſe Auctor eſſe Auguſtinum, non Poſſidium. In ſermone de triplici genere Monacorum, Auctor ſe facit Auguſtinum à quo Fortunatus Manicheorum Anteſſignanus ſuperatus eſt. Pariter idem facit Auctor in ſermonibus de Prudentia, de Iuſtitia, & de Miſericordia ad Eremitas. Non eſt autem præſumendum, quòd prefatus Auctor tot de ſe mendacia confixerit; de nullo eſt preſumendum malum, niſi probetur, de ſcru t. in or. fac. cap. vnic. ac niſi quod iuſtum eſt, preſumi debet. ff. de ſocio. l. merito: nec quòd aliquis velit peccare, 4. Sentent. d. 16. quæ ergo dicuntur ab Auctore Sermonũ, præſumamus eſſe vera de ipſo P. Auguſtino, non de Poſſidio:

Neque horũ ſermonũ Auctor fingẽdus eſt D. Proſper, D. Patris Auguſtini itẽ Eremita diſcipulus: hic enim vir Sanctus pariterq; doctus, librum ſcripſit ex Auguſtino, Sententiarũ nucupatum, in quo ſæpè refert integras Sententias ex his ad Eremitas ſermonibus neq; illas alibi apud Auguſtinũ reperire licet; dicendum ergo firmiter, eſſe Diui Patris Auguſtini, nõ alterius Auctoris laborem; cuius, tibi faciat queſo ſi placet, aut non placet, fidem certam, & exploratam,

Digitized by Google

Titulus pręmonſtrans, non alium, quàm Auguſtinum illum, Eccleſiæ Doctorem, Eremitarum Patrem: Athenis olim, excelſo Ariſtides nuncupabatur elogio, Græciæ totius felicitas, noſtra eremitarum, pater Auguſtinus; furantem verò expugnabimus.

§ V.

Quintum iam proponitur argumentum. Nobis non deſunt tùm veterum patrum, tùm recentiorum ſcriptorum teſtimonia, quæ aduerſarijs, quatuor vel quinque rectè opponamus; numero, merito, ac doctrina inferioribus. Ipſe P. Auguſtinus lib. 11. cont. fauſtum c. 5. & lib. 2. cont. Creſconium, optimè docet, qui libri ſint à Catholicis tamquam vtiles recipiendi; nimirum, quia ſunt quaſi norma & regula, qua imperitiæ noſtræ regatur infirmitas. Sed certè huiuſmodi ſunt ſui, ad ſubleuandam imperitorum Eremitarum imbecillitatem Sermones. Lib. 2. Retract. c. 3. ipſe Auguſtinus fatetur, ſe familiari, ac propemodum humili ſtylo aliquando ad imperitos ſcribens, vſum fuiſſe, audi, liber de Agone Chriſtiano patribus in eloquio latino ineruditis, humili ſtylo conſcriptus eſt; & alibi ſępè ob ipſius vel ſenectutis declinatam ætatem, vel ratione imperitorum auditorum, vel materiæ, vel ex improuiſo oblatæ occaſionis. Pręterea ex ipſo D. Auguſtino ſi ſacra Scriptura (quod magis refert) nullo locutionis genere vtitur, quod in conſuetudine hominum non inueniatur, quia vtiquè hominibus loquitur, lib. 1. de Trin.

Digitized by Google

Trin. c. 12. tom. 3. & quædam in Sacris literis locutiones inuſitatæ nobis videntur magis proprietatem linguæ repreſentantes, quàm altiorem ſensũ continere, ex Doct. xp̄na. lib. 2. c. 13. & ergo mirabimur D. Auguſtinum non vbique eundem ſcribendi modum tàm varium, prout rerum varietas poſtulare videbatur, ſeruaſſe? De rebus diuinis diſſerentem, maximum audiſſes Theologum; de mediocribus, inſignem oratorem; ac de humilibus cum Eremitis ſuis ſummiſsè loquentem; de omnib⁹ & vbiquè ſummè doctiſſimum. Librum Henoch, propterea inquit ipſe Auguſtinus lib. 18. de C. Dei c. 38. non recipit eccleſia, quia nulla habuit teſtimonia; Nos verò huiuſmodi ſcriptorum teſtimonijs minimè caremus: quòd perſpicuum mox faciemus. De ipſiſmet aliquot libris canonicis, olim ante conciliorum ſana decreta, primitiua dubitabat eccleſia, vt ex Patribus narrat Belarminus c. 10. 1. lib. non ob id nihilominus ſpernebantur; habentes aliorum firma teſtimonia. Dubitatum ergo circa Sermones ad Eremitas à quibuſdam ſuo genio fretis; quid tùm poſtea? Nonne de Virtutibus amplectendis optimè tractant? Nonne vitia omnia acriter inſectantur? nonne monita ſalutis paſsim ibi traduntur? quid amabo, ibi iure reprehendendum oſtenderint aduerſarij? ò nimis delicati, velle videntur pro ſuo arbitratu loqui Auguſtinum modo non de Eremitis, cætera quæcumq;, optimè dicta: iam ergo teneo animum veſtrum. In inſigni Bibliotheca, cum Cicerone, Virgilio, Ariſtotele, Pla-

Digitized by Google

tone, Auguſtino, Thoma, Baldo, Bartholo, Galeno, Auicena, adeſt & Æſopus, qui non aureo, argenteo, gemmeo; ſed ligneo poculo, Vinum tamẽ dulce propinat.

Inſtitutum proſequamur Sermonem: tanta eſt doctorum, auctorum, ſcriptorum conſenſio mira prorſus, vt vix dubitandi locus relinquatur: ipſi ſancti Patres hos Sermones agnoſcunt eſſe Diui Auguſtini. Sanctus Proſper Diui Auguſtini coętaneus, ex illis multas ſententias accipere non veretur: Beda venerabilis cap. 24. coment. in prouerb.) quędam carmina ex his accipit. Sanctus Iuo Camotenſis Sermone 52. dicit à Diuo Auguſtino ad fratres in Eremo eſſe conſcriptum. Sanctus Antonius Patauinus in 2. quadrag. in cap. ieiun. ex Sermone. 10. vtitur dictis, item ex Serm. 28. Sanctus Bonauentura ex eodem Sermone; Si Petrus proditorem ſciuiſſet, dentibus dilaniaſſet. Sanctus Antoninus 3. p. tit. 24. c. 14. ab his non abhorret. Sanctus Dioniſius Cartuſianus Sermone 3. de S. Auguſtino idẽ habet: Venio ad Pontifices, Gelaſius Papa in cap. Sac. Roman. Eccl. 15. d. opuſcula (inquit) B. Auguſtini Hippon. Epiſcopi, à Catholica eccleſia recipiuntur quibus verbis, nonmodo non excludit noſtros Sermones, ſed dum Auguſtinum Beatum appellat, omnem illius inſtitutionem vitæ, ac Religionis Eremiticę profeſsionẽ aprobaſſe videtur, cuius ipſe quoq; antea extiterat. Pius 2. vocat P. Auguſtinũ virũ verſatiſsimũ in humanis, & diuinis litteri: Atq; in ſuis operibus variam dicendi fraſem amplexatur.

A Nicolao

Digitized by Google

A Nicolao Quinto Pontifice, in tractatu de laudib. Diui Auguſtini, mirè extollitur eius puritas conſcientię, & doctrina, quæ, (inquit) enituit in confeſsionibus, Meditationibus, ſoli loquijs, nec non exhortationibus ad Fratres in Eremo. In Concilio Aquiſgranens. approbatur Sermo 52. ad fratres noſtros in Eremo, & Patri Auguſtino adſcribitur; quo loci clarè patet, prius inſtitutum pro Eremitis Monaſterium extra Ciuitatem; deinde clericorum in Æde Epiſcopali: ſubſcribunt ferè ſinguli Doctores, ſurgat Sententiarum Magiſter, atq; in 4. Sent. d. 16. & 20. eam diffiniat pænitentiam, prout expreſſè Pater Auguſtinus in Serm. 46. quam & Gratianus decretorum compilator eiſdem verbis habet d. 7. c. ſiquis d. 3. c. pænitentes.

Ex ſacra Prædicatorum familia, conſentiunt plerique Doctores, hi ſunt. Sanctus Vincentius ferrerius Serm. de S. Auguſtino. Lucernę ardentes. Alphonſus Ciaconius in opuſculo de Cardinalatu S. Hieronimi. Serafinus Caponi ſuper cap. 28. Deuteron. agnoſcit ex D. Auguſtino Sermonem 47. cumq; tùm Gloſa interlinearis, tùm D. Thomas 2. 2. q. 154. ar. 12. ad. 2. accuſationem Ioſeph contra fratres ſuos de crimine peſsimo, intelligunt, vt ibi loquitur Auguſtinus; hinc conſequens eſt vt illum quoq; Diui Auguſtini Sermonem approbaſſe videantur.

Ex ſacro Franciſcanorum, ordine, plures habemus. Aluarus Pelagius. De planc. eccleſ. lib. 2. c. 2. Michael de Medina de ſacrorum hominum continentia

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

nentia, Sermonem 37. ex P. Auguſtino cognoſcit: Aloiſio Mirande, tomo. 2. Manual. peſ. placet ſermo 14. ipſius P. Auguſtini. Noſtros hos ſermones ad Fratres Eremitas, ſępè citat Antonius de Gueuara in Oratorio Relig. Robertus de Litio Epiſcopus Aquinaten. Michael de Carcano nobilis Mediolanenſis. Antonius de Balocho, concionatores celeberrimi, & qui à ſuis, Beati prædicantur, ſermones ad Eremitas pro Auguſtinianis venerãtur Licienſis: in quadrag. ſerm. 4. miſterio 3. Auguſtinus, inquit, ad Eremitas. Carcanus in Quadrag. de 10. pręceptis ſerm. 4. p. 4. de pænitẽtia ſerm. 9. p. 3. Balochus in quadrag. p. 3. ipſos D. Auguſtino inſcribit.

Idem quoq; affirmant ex Canonicorum Regularium ſacro inſtituto nonnulli Dominicus, & Euſebius, veritate tandem, poſt diſputationem cum Eremitanis cognita, admittunt ab Auguſtino vtrorumque parente, ad Eremitas miſſos ſermones; id quod plenius fecit Ioannes Mabuernus lib. Venatorium Canonicorum, Regul. Ioannes Trullus lib. 1. c. 7. ſerm. 5. ad mittit. & lib. 3. ſerm. 48. Nauarrus tomo 1. de Regul. ſemper hos citat ſub Auguſtini nomine. Ex Carmelitis adeſt Thomas Vulalenſis ſępe ſępius. Ex Cartuſianis, non recuſat ſermones Eremiticos; Landulphus de vita Chriſti: atque Antonius de Molina in inſtruct. Sacer. tract. 1. c. 5. tract. 2. c. 12. Ex ſocietate IESV, Petrus Maturus; ſed latius progreditur magnæ doctrinæ Vaſquez. 1. 2. diſput. 189. cap. 12. citat. ſermonem 43. diſput. 190. cap. 9. de ſermone 45. loquitur: diſput. 203.

c. 4.

Digitized by Google

c. 4. ſermoni. 11. inhęret. Oſorius in feſto Sancti Auguſtini.

Nunc de Hiſtoricis. Renatus chopinus lib. 1. mon. tit. 3. Ferdinandus Hiſpanus. Franciſcus Piſanus lib. 2. hiſtoriæ Toleti c. 24. Gargias Louiſa ad 4. Concil. Tolet. c. 22. Petrarcha de vita ſolitaria. Iacobus Gualla Papienſis lib. 4. hiſt. eoſdem ſermones inter opera Sancti Auguſtini repoſuit. Benedictus Capra Peruſinus in conſilio de auctoritate, & poteſtate prioris localis, hoc idem confitetur. Alios quęſo miſſos faciamus. A Petro Albiniano Iuriſta in De Auct. Pont. & Theſau. eccl. ſæpe leguntur multi ex his citati, præſertim ſerm. 23. 27. 28. 29. 31. 46. & 49. Iamq; hi teſtes omni exceptione maiores videntur apertè noſtram concluſionem affirmantē approbare. Tùm quia ſi poetarum dicta fidem faciunt in iudicijs. ff. ſi certa pet. l. 1. & ff. de re. diuin. l. quantum. Quid modò de tot præſtantiſſimis viris? & nonne fidem facere debent, etiam in alterius preiuditium, vt latè probat Felinus in cap. cum inter dilectos de fide inſtrumentorum in cap. primo de reſcriptis propè finem. dixerat quoq. Ariſtoteles in primo Topicorum vnicuiq; credendum in arte ſua. Quæ ergo religio in iſtos inceſſit tanta? quæſo deponant Refert D. Hieronymus in Epiſtola ad Paulinum, illud Horatianum, quod medicorum eſt, medici: tractant fabrilia fabri. ſi in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum 2. ad Corint. cap. 13. nonne iurandum eſſet in tantorum virorum ore? quid pauci, quatuor, quinq; vel ſex

con-

Digitized by Google

contra multitudinis torrentem ? certè plus vident oculi, quam oculus. Secum aiebat Pericles, cum in Athenienſium conſpectu concionaturus veniret, vide apud quos, ac quibus cum loqueris : ſat illud, Athenienſes ſunt iſti : aſt me nunc reprimam, nec diutius vagabor in hac non vera opinione refutanda longius

§. VI.

Pro ſexto argumento, nobis pulchrè poſſent deſeruire, quæ olim Theologus, pariter ac Canoniſta, verè doctéq; ſcripſit Magiſter Nicolaus Barianus Placentinus ordinis noſtri, in cauſa Vitaliani Monaſterij, de præcedentia omni iure Eremitanis adiudicata, vt legenti patebit prima Eremitarum Inſtitutio à D. P Auguſtino facta, atq; eiuſdem noſtri ſacri ordinis antiqua, ac prior cæteris ſaltem tacita approbatio.

Caput ſecundum, in quo ponitur, & reicitur Patris Gabrielis Penotti ſententia.

§. Primus.

Liberius & quidem quam par erat, contentioſiſſimè ſermones noſtros, in anglum, in tenebras profligandos decernit, poſt damnatæ memoriç hęreticum Eraſmum, poſt Louanienſium Theologorum acrem cenſuram; quibus porrò à noſtratibus ſatis abundè factum fuit, nuper inſurgens, & omni armorum machina armatus, R. P. Don Gabriel Penottus, lib. 1. c. 30. in magna tripartita hiſtoria

ferè

ferè tota contra Eremitanos Fratres; vbi ſiquidem vir excellens ingenij, verborum abundantia cernitur, amaritudo quoquè, & veritatis egeſtas ſe ſe prodit: ſit nihilominus religioſa, modeſta, ac Fraterna obiurgatio, quæ vt habet Cicero. 1. off. *nonnunquam incidit neceſſaria, & vtendum vocis contentione maiore, & verborum grauitate acriore.* Vix credendendum; Bone Deus. quis noſtrum æquo animo ferat, horum ſermonum Auctorem, quem omnino Auguſtinum magnum Eccleſię catholicę doctorem profitemur, impoſtorem nominari, mendacem, falſum nuncupari; ſemilatinum, lutulentum, indoctum, nouitium dici; errores tùm in morib. tùm in fide diſſeminâtem: Diuus ne magnus ille Auguſtinus, hæc habet? ſed decet iucundum eſſe Religioſum; & non temerè, ad ciuile bellum vocatum, modeſtè reſpondere; ne ruditatis, imprudentiæ, ambitionis colligatur opinio. Nos tanquam Triarium militem agemus, Scutum Bonæ voluntatis opponendo, & gladium vbi opus erit ad inuadendum. Res non difficile certè haberet explicatum, ſi à ſermonibus Aug. adſcriptis, nomen tolleretur Eremitarum. De Patre Aug. tranſeat: Fortaſſis táti doctoris nomine quieſcerent Aduerſarij, verum quod diſplicet, quod pungit, quod toruo cernitur ibi oculo, & tollerari nequaquam à quibuſdam poteſt, illud eſt; Ad Eremitas. Deleatur ergo (dicunt) hæc Tituli pars inuiſa; ad Auguſt. poſtea ſermones, candidum facient aduerſarij acceſſum: quandiu ſtabit, Ad Eremitas in proſpectu, ac

intus de his eſt locutio, abeant, explodantur ſermo-nes hi Auguſt. indigni, peſſundetur ergo ingentis magnitudinis Rhodi ſtatua, celebrior lapſa, quã erecta cum ſtabat, meminiſtis? ac Sol, nonne lucidior cum occidit? clariorque in aqua viſitur? Martem vtrinque inuadamus, ac ſuper hoc negotio pro veritate digladiemur.

§. II.

CОntra itaque nullius valoris ſermones huiuſcemodi, Pater Reu. Don Gabriel Penotus Canonicus Regularis, duos profert (inquit ipſe) iudices non ſuſpectos, cenſores æquiores, ſimulq; doctiores, & ſua opinione ſeueriores. Cardinales, videlicet, Baronium, & Bellarminum, qui ſtricto calamo, peius angue, inimici oderunt D. Auguſt. attributos ſermones.

Reſpondetur primo, Hic iam queritur inter Iudices, quis fidelis inueniatur: D. Penotus alias, millies vtrumque reijcit Cardinalem, illis non fidit. Nunc verò quoniam ſtant ab illo, miris effert laudibus; ſeueriores, doctiores, æquiores, iudices nõ ſuſpectos prædicat. Verum petamus quæſo, quisnam iſtos operum D. Auguſt. Iudices tandem conſtituerit? num fortè Apoſtolica ſedes? num Regulares canonici? vel Academia litteratorum? quæ? quæ doctiſſimorum hominum vniuerſitas? Videte, ne ſit vſurpatum Iudicium, à D. Thoma 2.2. q. 60. art. 6. damnatum. ad Roman. 14. *Tu quis es, qui aliena*

aliena iudicas? non ea nunc iſtorum eſt vincens; qualem Grecia in Periclis ore olim experiebatur perſuaſio.

Reſpondetur ſecundo, Baronius & Bellarminus Cardinales, non ſunt omnes Doctores, qui nec in eorum verbo iurarunt; ac quamplurimi tenent noſtram de veritate horum ſermonum ad Eremitas ſententiam, ſuperius allegati; quorum nonnulli, & meritò ac doctrina pares, dignitatis honore non inferiores, non vt diſcipuli, Baronium & Bellarminum audiunt; aſt vt, & Magiſtri ab alijs ſunt iure audiendi.

Reſpondetur Tertio, In 2. puncto, poſt Baronij & Bellarmini adductam ſermonum confutationem, exclamat Penotus his verbis, & quidem magnificè terendo; *exeat nunc quis Madurus, vel Eremita, & dicat hos duos ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, peruerſos Cenſores, & calumniatores, quod ſermones ad Eremitas, veros Auguſtini fætus eſſe negent*: hæc ipſe gloriabundus *Diſſerentium inter ſe reprehenſiones vitandas ac in diſputando pertinaces, indignas philoſopho*, ſcribit Tullius 1. de finibus. Petrum Maturum è Societate Ieſu virum alioquin doctiſſimum, Penotus ridet; alij porò, eò ęquiores, ipſum meritò magnifaciunt. Exeo nunc, & ipſe Eremita, non minus quam olim cum Aiace, vt Achillis arma Vliſſes obtineret; non hos quidem præclariſſimos viros Cardinales, ſtultè acuſaturus, vt peruerſos cenſores, & calumniatores proclamem, tale nihil ſentio: ſi homines di-

xerim, (*homo ſum* Cicero aiebat, *& nihil humani à me alienum cogito*) & hoc loco hallucinatos, res mira non erit. Spéro vehementer, Deum mihi ſuppetias laturum, perfecturumque in me opus bonum, quod cępit. cur ergo Cardinales? Cardinalem D. Hieronymum venerari timent? Fortè tantus vir, eo dignitatis rubeo ſplendore indignus? immo digniſſimus. Perperam ergo loquitur Spalatenſis dum dicere audet, *D. Hieronimo fieret iniuria, ſi quis eum Cardinalem appellaret*. Cardinalem D. Hieronimum, affirmat D. P. Aug. eo in ſermone. Cardinalem D. Hieronimum, tota ferè veneratur Eccleſia, dum tali Cardineo habitu, vbiq; ex immemorabili traditione depictum habet; imagines verò Sanctorum in Eccleſia rectè collocatas ab initio optimè oſtendit, & ipſe Bellarminus lib. 2. c. 9. de imag. Cardinalis eſt, Papæ conſiliarius, & coadiutor. vt ex c. fundamenta, de elect. in 6. Et ex D. Bernardo colligitur lib. 4. ad Eugenium: At D. Hieronimus Damaſo ob egregie nauatam operam Biblię ſacrę fuit chariſſimus. Genebrardus, Hieronimus Catena, Paulus Morigius probant Sācti Hieronimi Cardinalatum: hunc verò veſte muliebri indutum, à Romanis eiectum & irriſum, dicunt Baronius & Bellarminius, eſſe falſum, confictum, & fabuloſum; dicunt quidem ſed non probant, Patre Auguſt. caſum teſtante; quidni? fortè propterea Viri ſanctiſſimi ſanctitas, & pudicicia labefactata? inde veſtra Cardinalium argumentatio non rectè concluſa; An meminiſtis? Cum ipſe

ſe

ſe D. Hieronimus in vaſtiſsima ſolitudine Siriꝫ poſitus, ieiunijs, diſciplinis, aeris inclementia, ſolis ęſtu, hiemis rigore penè confectus, ſibi tamen per diabolicam tentationem plerumquè videbatur inter Romanorũ puellas choros ducere, paſſus carnis incitaméta ipſe affirmat Ep. 22. Nõne & Pontificib. aliquãdo id accidit aduerſitatis, vt alieno & abiecto induméto, Roma eijcerentur, fugere coacti ab inimicis perſecutoribus; iuxta illud, *cum perſequuntur vos in vna ciuitate, fugite in aliam*. Math. cap. 10. Muliercula quædam infamis, in conſpectu patrum introducta in Concilio ad Tirum coacto, inſtabat petulanter ſibi vim illatam à D. Athanaſio, ac propterea puniendum de ſcelere cõmiſſo; ſed cognita mulieris, & Arianorum fraude, reiectaque mulieris impudentia, nihil de tanti viri ſanctitate demptum eſt. Et ſancti, quot ludibria, quot deriſiones pro Chriſto tulerunt? teſtis eſt D. Paulus ad Hebr. cap. 11. certè nequaquam negari vnquam fas erit, quod hiſtoriæ narrant de Virginibus ad lupanaria per vim deductis, Deo ſeruante earum pudicitiam, illęſa fama, integræ euaſerunt; & modo negabimus quid ab impudicis, pudiciſsimo acciderit D. Hieronimo? merito ſanè auctiori id adſcribendum, non fabuloſum.

§. III.

PVnto 3. Diuerſitas phraſis, ac ſtili horum ſermonum, arguit ſuum Auctorem non Auguſt. fuiſſe, vi-

ſe, virum apprimè doctum; ſed nec in grammaticis ſufficienter verſatum ; non ſunt ergo legitimi fętus Auguſt. ita Pater Penotus.

Reſpondetur, opere precium erit alias conquirere reſponſiones; quandoquidem quas alij noſtrates pro veris attulerunt, Penotus omnes præcludere non ambigit. *Auctor ergo diuerſa à ſe vtitur phraſi, & ſemilatinis verbis, ergo non ſunt Auguſt. ſermones*; In bona logica, negatam probabit conſequētiam ad Kalendas Grecas Pater Penotus, atq; alia firmiora pręſidia conquirat oportebit, arieteſque maiores admoueat, ſi hunc murum quatere, & ſubruere molitur; quotuſquiſque enim eſt, cuius ſit præter cæteros in ſapientiæ diſciplinis nobilitata induſtria, quem pro locorum, temporum, perſonarum, rerum varietate, loquendi ipſa varietas non delectet? quam vario ſcribendi ſtilo vſus videtur eloquentię parens Cicero? conferantur familiares ad amicos, Epiſtolæ cum Rethoricis, cum orationibus, Philippicis, de officijs, de legibus, de finibus; dixerit Quintilianus, Tullium alium a ſe videri neceſſe erit; de Rethorica ad Herenium ſcribit Aldus, ſcribit Maioragius in reprehenſionem Nizolij, De conſolatione libellum, Sigonius in familiā Ciceronis cooptare nititur rationibus permultis; ſed ſuppoſititiam conſolationem, & ementitam Cicerone digniſsimam reicit Ianus Guilelmus; ita Pontanus lib. 1. cap. 91. ob hanc quoq: tàm miram loquendi varietatem, Iuriſperiti ſecundum conſiliorum Volumen à Craueta omnium peritiſsimo

reij-

Digitized by Google

reijciunt: qui D. Paulo negant epiſtolam ad Hebreos, eodem nituntur argumento, à diuerſitate, videlicet, ſtili, ſiquidem oratiõ huius epiſtolę, grauior, copioſior, ornatior eſt, quam cæterarum; Reſpondent, ſententias eſſe Pauli, ſermonem eſſe Lucę vel Clementis, quibus tãquam ſcribis Paulus vtebatur; eodem ergo pacto ſatisfaciendum Patri Penoto, ſententiarum faciamus auctorem Auguſt. in ſermonib. ſi oratio fuerit forte adhibita à Poſsidonio, quo tamquam ſcriba D. Pater Auguſt. vteretur. Vel dicendum; ſterile ingenium, niſi cum ſe dat occaſio, diſsimilem oſtendat orationem. Huic loco addendum puto, bono & cordato viro, non modo malum, ſed omnino erratum videri, in moribus fruſtra operam conterere, leuia quædam, abiecta, friuola, anilia, nullo locutionis genere digna venire in colloquium debere, quando nulla ex his ſincera percipitur vtilitas; ineptiarum, comediarum, rerum turpium recitatores, quemuis adhibeant elegantem ſermonem, ſemet in contemptionem adducunt.

Cum verò ad oẽs propemodũ virtutes, animo, & ctorib. inferẽdas, Chriſtiana pietate fretus ſanctus Pater Aug. iã ętate ingraueſcẽte, feſſus ex nimio proximi ſalute, cui totus incũbebat ipſe dies noctéſque, aſſumpto labore, plerumque ex tempore; opportunè, importunè, in omni patientia & doctrina; quocumque ſibi oblata occaſione, libenti animo, ſcribebat libros, docebat indoctos, diſputabat cum hæreticis, ſcriptis comfutabat, nullum finem

con-

concionandi faciebat; *loquebatur ſtilo omnium Au-ſtorum* inquit Don Balſianus canon. Regul. in ſuo Amph. quis audax, tanti Patris improbat ſimplicē, planum, ſemilatinum ſermonem iſtiuſmodi, viris imperitis aſtantibus, atque auſcultantibus, atque etiam longe poſitis in ſolitudine Eremitis? rectè omnino. haud aliter afficior ſermones legendo ad Eremitas noſtros, quam ſi parentem noſtrum Aug. ante oculos videre, & audire liceret. quid tu modo criticus electorum verborum, locutionumque nitidiorum in hoc genere, ſcelectarum virtutum, elegantiam ſermonis exquiris? optandum magis, res ipſas tenere; quibus de agitur, quibuſcunq; tandem modis, vel latiniſſimè, vel non, nobis exprimantur. Poetas a ſua Repub. reicit Plato: quamobrem quæsò? quoniam multa de Deis indigna canunt non credenda: quos decet puritas Veritatis, non fictiones, non fabulæ, non mendatia.

Vt illud quoque omittamus eiuſdem D. Auguſt. dictum, non ſunt res propter verba, ſed verba propter res excogitatæ, dicamus præterea, nō erit ideo Aug. etiamſi barbarè loquatur, ac minus latinè? parum equidem chriſtianus, immo non chriſtianus, ſi Religionis catholicæ pręcepta omnia deſerat & impietatem ac perfidiam diſertiſsimus tueatur? Si Pater Aug. ad Eremitas, nimirum, viros ineruditos locuturus, verborum ac ſententiarum neglectionem adamauerit, meminerit prudens Lector, apud Saluſtium pronunciaſſe Marcum Catonem, *iampridem nos vera vocabula amiſimus*. Horatium

poetam,

Poetam, multis vocabulis vſum vale dixiſſe, quæ ſi volet idem vſus, reuocabit aliquando: quid Cicero, nonne plerunque quicquid in buccam venerat, loquebatur? & ſapiens prouerb. cap. 10. *In multiloquio, non deerit error*: non nimium operæ, ac laboris hic eſſet ponendum: Antiquorum Eraſmus renouauit hęreticorum calumnias contra diuinam ipsã ſcripturam, dum in 7. c. Math. non obſcurè ſcripſit, *non eſse timendum, ne totius ſcripturæ corruat auctoritas, ſi errores quandoque ibi deprehendantur*, quòd tamen omnino falſiſſimum eſt: Auctor 2. Macab. cap. vlt. petit veniam, non erratorum, quippe qui nulla eſſe ſciebat, ſed orationis minus politæ: quemadmodum etiam D. Paulus, ſe imperitum ſermone confitetur 2. ad Cor. c 11. idem ergo de Auguſt. ſermonib. ad Eremitas dicendum; non mendacia ibi, aut errores, ſed imperita oratio, Auguſt. nihil detrahit. Pariter ille idem Eraſmus, contra ſecundam Epiſtolam D. Petri, quam cum prima, Catholicam agnoſcit Eccleſia, obijciebat ſtyli diuerſitatem à prima, ac proinde abiiciendã volebat: fallitur hęreticus. *diuerſitas ſtyli non à ſe diuerſum, ac diſſimilem facit Auctorem*. Hieronimus ad Hedibiam q. 11. Legenda omnino eſſent, quæ, poſt inſignium virorum doctiſsimorum labores, non eſt paſſus deſiderari Bellarminus contra hęreticos; dum ſimili argumentationis genere, Diuinam ſcripturam diſſipare, vel omnem, vel maiori ex parte conanti sũt, ſed omnino incaſſum laborauerunt; licet, & ipſa Diuina Scriptura, aliquando emendatione im-

preſsionis indigere viſa fuerit: pro qua re præſtanda, multis ab hinc annis, à viris præſtantiſsimis Romæ adlaboratum eſt, conſultis multorum doctiſſimorum Patrum iudicijs, ac exemplariorum facta collatione: quod inſtitutum ſub Pio 5. mox ſub Siſto Quinto, Greg. 14. recognitum, ſub initium Clementis 8. Deo bene iuuante, eiuſdem Sixti 5. inſcriptione in lucem prodijt. Ita Angelus Rocchenſis Eremita, De ſcripturæ emendatione. Sermones ergo hi noſtri, cum emendatione impreſſionis iam in nouam lucem fuerint emiſsi, cuiuſquã non offendent amplius aſpectum. Vno Euripide ſuas Athenis recitante Comedias, cęteris elegãtiores, poetæ alij audientes erant libenter, alias recitaturi ſuas.

Ad tollendam prorſus propoſitam difficultatem cum ipſo D. Patre Auguſt. item dicamus, *Si Sermonum varietas, cum vnitate ſpiritus concordat, non erit abijciend a, epiſtola* 101. tom. 2. Id euenit huic ſuo ſermonum libello, cum tanta Spiritus charitate inflamatus ad Eremitas loquitur. Fatetur ipſe Auguſt. Sacram ſcripturam ſuperbo ſpiritu deſpexiſſe, inquit, *ante meam plenam conuerſionem, inſtitui animum intendere in ſcripturas ſacras, vt viderem, quales eſſent; ſed viſa mihi indigna, quam dignitate Tullianę compararem. tumor n. meus refugiebat modum illius* lib 3. conf. c. 5. Audi pie Lector, quid item de ſe referat ob id generis locutionẽ D Hieronimus ad Euſtochium ſcribens, tom. 1. Epiſt. 22. *Ipſe enim ſecularium artiũ vana oblectamenta deguſtatus, & in quandam animi elationem,*

tionem,ſeu potius in vanitatem dilapſus, dulcedinem, & ſuauitatem ſacræ ſcripturæ, aſperitatem iudicabam, miſer ego Tullium lecturus ieiunabam &c. Paulo poſt. *Si quando in memetipſum conuerſus, prophetas legere cępiſſem, ſermo horrebat incultus* Nunc S. auſculta Bonauenturam, *ſacra ſcriptura, hinc (nimirum ex demiſſa locutionis ratione) iniuſtis iniuſta, inſipientibus ſtulta, obſcęna immundis, vanis ſuperflua videtur* ſerm. tom. 1. p. 7. profectò ad rem nihil appoſitius. Intelligenti pauca. ſanè quidem, quamobrem ſępè Chriſtus Dominus facili ac intelligibili per parabolas vteretur ſtylo loquendi, non altum & eminentem amaret, D. Hieronimus in Math. c. 18. hanc reddit rationem, vt populo rudi & imperito, gratiora eſſent quæ Chriſtus traderet, capacitati ſeſe eorum accomodatum prebendo huiuſmodi ſermocinatione: quã in Auguſt. ad ignaros Eremitas, non eſt cur repręhendere velimus: Ad eundem modum, ſuos inſtruit D. Petrus, *Sicut modo geniti infantes, rationabiles, ſine dolo lac concupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem* p. c. 2. cur ergo tot nominibus Critico, ſuſpecti reddũtur ſermones noſtri, Eremitis ineruditis enerudite ſcripti? ſi ſuo palato paulò iuſto delicatiori non ſeruiunt, modeſtiori noſtro perbelle quadrant: ſi demiſſior hoc loco apparet Auguſt. benè habet, non agit vt eloquens orator, verum vt baluciendo Pater cum Filijs, *ſapientibus & inſipientibus debitor* cũ Apoſtolo, ad Rom. 1. Demulcet, detinetq; nos Eremitas hæc illius fęſtiua narratio, nec à delicatis auribus abhorret. Pico. Mirandul. in magnis impe-

Digitized by Google

ritiam potius loquendi laudante, quòd nec mira Tullij eloquentia ſatis Bruto faciebat : vnde ille epiſtola 20. lib. 4. *Bruti iuditium nihil moramur, dummodo nobis ſatisfaciat*, videlicet *De oratore omnium diſertiſsimo*: Sic &c. Deinde, quis vnquam niſi temerè glorietur, totos ſe ac omnes D.P. Auguſt. libros legiſſe, vt varium & diſſimilem à ſe notaret Aug.? tot ſcripſit ipſe volumina, vt quidam, impoſſibile ſit confeſſus, eos oés per totam vitam legiſſe: Sicubi D. Auguſt. Paulum Apoſtolū videbitur imitatus, non tàm alibi, quam per iſtiuſmodi ſermones, *Non veni ad vos Fratres, in ſublimitate ſermonis, aut ſapientiæ, annuncians vobis teſtimonium Chriſti. Non enim iudicaui me ſcire aliquid inter vos*. (nota ly inter vos, cum alioquin peritiſsimus eſſet D. Paulus) *ſermo meus, & predicati mea, non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus, & virtutis, vt fides veſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in virtute Dei, ſapientiam autem loquimur inter perfectos*: prima ad Cor. c. 2. quis modo non audiat D. Auguſt. quoq; ſimili modo ad imperfectos Eremitas loquentem? enucleabo rem, faciamquè, vt huius ſimplicitatis natura perſpiciatur magis, & qui à vero longè erraſſe videantur: modeſtè omnia.

§. IIII.

EOdem Tertio puncto, pergit Pater Penotus, *Quoniam ſermonum Auctor in regulis gramaticalibus, turpiter errauit, vſus nimirum vocabulis barbaris, longobardicis,*

Digitized by Google

gobardicis, Semigallicis, mercantia, fauorari, epiſcopa ri, demorare, groſsus, & ſimilia, ergo adulterini ſunt ſer mones non Auguſtino digni.

Reſpondetur profectò D. Auguſt. acutiſſimo ſuo ingenio, olim hæc, & alia ſcribens, facilè præuidit ſe à gramaticis ob id generis locutioné, obiurgandum fore, Pſal. 136. diuinauit. *Melius eſt vt reprehendant nos grammatici, quam vt non intelligant Populi:* Pater Penotus agit bonum gramaticum, gramaticæ errores in ſermonibus notando. Sed leuiora ſunt hæc, & puerilia, Theologo indigna. Barbariſmos, ſoleciſmos non inuenit: latinus ſermo, planus, facilis, familiaris, quatuor iſthæc ſemilatina vocabula non reſpuit: harum cauſa paucarum vocum, totus propterea liber iniuſtè dãnatur. Quid? blaſphemauit fortaſsis? errorem in fide, vel in moribus, ea vocabula nequaquam inducere queunt: Cui idcirco irrogata iniuria, vt quiuis pius vir odio commoueatur? euenit, vt quippiam de obedientia de Paupertate, de Caſtitate, de Silentio, de Pace, de Pęnitentia agendum occurrat, Magiſtro noſtro Auguſtino id erat ſolemne, ſicubi occaſionem nãciſceretur idoneam, rationibus, moralibus ſentẽcijs, exemplis, tùm ſacris è ſcriptura petitis, tùm ciuilibus, ac etiam hiſtoricis, rem propoſitam mirabiliter illuſtrare, auditorum voluntates excitando, in flamando, ad Deum impellendo: virtutis ſplendoré oſtendit, vitiorum turpitudinem, & deformitatem declarat, vt ad eorum deteſtationem Eremitas ſuos incendat, cęleſti ſpiritu concitatus,

interim

Digitized by Google

interim orationis elegantiam poſt habet, negligit, data opera omittit. Tu modo nihil magnificum, nihil hoc loco diuinum ſuſpicere vales? orationem humilem, contemptam, barbaram dumtaxat in ſimulas? deſine quæſo, & excuſatum potius, quam accuſatum velis Auguſt. parentem noſtrum, dicamus, & verè fateamur, quòd res eſt ſic gratior atq; iucundior oratio, & ad culturam animi profectô vtilior. Hæc quę protuli, rationi magis, & magnę cuidam prudentiæ conſentanea, non execrari, non agreſtiora ſuſpicari Auguſtiniana hic dicta; in reliquo, nemo illi moleſtus ſit: quæ gramaticorũ ſunt, tractent Gramatici; & Fabrilia Fabri. Certè dignè de tanto viro ſentimus, qui talia ſentimus: Epaminundas libenter moritur; quoniam pro patria, Glorioſa parta Victoria è viuis decedebat.

Et planè, veriſimile ſit, vt corruptrix typographia, vocabula quæ non rectè percepit, in ſermones intruſerit, & quaſi de alieno loco, vt in ſuũ migrare coegerit. Quot paſsim errorib per impreſſorum ſocordiam, libri indignè aſperguntur? vt propterea (vt aiunt) Augiæ ſtabulum repurgare ſit neceſſe. In antiquorum ſcriptorum expurgandis erroribus mirum enimuerò quãtopere deſudauerint viri prꝫſtantiſsimi, vt videre eſt apud Muretum, & Manutium in prꝫfationibus & apud alios quoquè, quid ergo mirabimur, ſi præfati ſermones ob id ſuſpecti reddantur? certè ſi eſt, error eſt communis, & emendandus, non opus ipſum ſuo Auctore priuandum, ſed æqui bonique conſulendum, nihil. n.

perpetuò

perpetuò ſibi ſimile diu placet; & ſi vacaret, in alijs auctoribus, grauiora, ſordidiora, & ineptiora, fas eſſet inuenire vocabula: verumtamen nec ab hoc genere ſcriptionis, quo ſermo quotidianus emendatur, & excolitur, omnes voces imperfectas quiſquã ſapiens repulerit: & ſatius conſiderandum quid ſalutare, quàm quid nimis politi iſti, & vrbani vituperent vocabula non in magno prætio ponenda, 4 & 5. puncto omiſſo vbi cum Marquez.

§. V.

SExto puncto. Fortius vrget Pater Penotus, *quod iſtos ſermones reddit ſuſpectos eſt, quia in illorum nonnullis, integræ ſententiæ ex libris D. Gregorij Papæ, Iſidori, & aliorum etiã Auguſtino poſteriorum inſertę reperiuntur*, exempla ad id affert, quæ videat qui velit.

Reſpondetur tamen, enodabimus quæſtionem dicendo. Non priores à poſterioribus aliquid accipiunt, maxime interiectis annorum luſtris: verum probabilius eſto, poſteriores à prioribus deſumere; Gregorio Papa, Iſidoro, & citatis, Auguſt. vtique antiquior; qui ergo fieri potuit, vt Auguſt. eorum libros viderit? benè, vidiſſe recentiores Aug. Opera, quis prohibet? Greg. & ſi nomine & re magnus, puritati farinæ, facit Auguſt. doctrinam ſimilem; ſuam furfurem appellaſſe oſtendit Epiſtola ad Aphricæ præsbiteros. Quod vero correctores Gregoriani, quæ apud Gratianum ſub nomine Auguſt. ad Fratres in Eremo legebantur, D. Gregorio reſti-

reſtituerint, non immoror; verum an rectè, non meum eſto iudicium. Antiquiores Codices nomẽ pręſeferunt Aug. & forte non deletum, ſic perſeueraſſent, ni adſcriberetur ad Eremitas; hoc atramentum, Auguſt. nomen denigraſſe perperam autumant. Illud de Baculo in manibus ferendo inſtitutum, quod B. Iordanus noſter, D. Gregorio magno cenſet tribuendum, vult Penotus à Gregorio 9. æmanaſſe. De illo, mentionem facit Pater Aug. ſermone 27. cui magis eſt fides adhibenda, Si Gregorius 9. de eo ferendo Pręceptum dedit Eremitis, argumento eſt, quia talis antiqua conſuetudo in obliuionẽ abierat, ipſe verò innouauit ſimul cum item antiqua conſuetudine nigræ veſtis, capucij, ac cinguli coriacei; cumque ipſi Eremite ſe ab huiuſmodi Baculo portando diſpenſari impetrauerint, inditio eſt non recens eſſe Gregorij 9. præceptum, cui non ſtatim addidiſſet diſpenſationem; ſed antiquitus aliquid de Baculo portando D. Aug. ſtatuiſſe; hoc certè probabilius; De huiuſmodi ferendi Baculi conſuetudine etiam à Patribus predicatoribus mentionem habet in Cronica ſancti Dominici Pater F. Ferdinandus à Caſtiglio, quem affirmat D. Dominico datum ab Apoſtolo D. Paulo lib. 2. c. 20.

Septi-

Digitized by Google

§. VI.

SEptimo puncto. *Pleręque dictorum ſermonum communes ſunt declamationes, contra videlicet alicuius declamatoris in arte concionandi ſe exercentis, quę ad Eremitas nihil ſpectant*. Adfert Penotus huius rei exempla multa. Vide tu ſi lubet.

Reſpond. quãta ſtudia (certè mirandũ ſunt decertantiũ? quanta nõ obſcura ſcribentiũ certamina? *Vnuſquiſq; ſuo abundat ſenſu, aiebat* Apoſt. ad Ro. 14. diſtinctius hæc explicentur. Videbat ergo P. S. Aug in multis, admonendos quoſdam, alios docendos, nonnullos puniendos, hos ad ſeueritatem ducendos, omnibus inſuper ſtudioſus cupiebat ad eſſe. Sermones ad laicos, ad presbiteros, ad clericos, quos frequẽs habebat Hypponę in ſuamet Eccleſia, vel alibi à ſe compoſitos pro oblata occaſione, ad Eremitas ſuos curabat perferendos, quatenus his benè perpenſis, ſibi multo magis in ſpirituali virtutum theatro, proficere diligentius ſtuderent: Sic ergo ſermones de vita clericorum, pro titulo integro antiquitus habent ad Eremitas, quorum ſalutis curam, nec *Præsbyter*, nec Epiſcopus obliuioni Auguſt. tradiderat; ſed vtriſque, clericis inquam, & Eremitis, amplum ſemper habebat paratum patrimonium, quos vt Filios ardentiſſimè amabat: Sicque ſermones vtriſque habent omnia communia, ac non ineptè (vt iocatur Pater Penotus) cum

cornicibus olores conuenire decet. Et vtroſq; ſermones, ad clericos, ad laicos aliquot in vno veluti faſciculo alligatos ad Eremitas, multo plures ſimul habemus, & planè non perperam.

Caput tertium, in quo errorum vmbræ, quibus Pater Gabriel Penottus impugnat ſermones ad Eremitas, expenduntur, & fugantur.

§. Primus.

CAput trigeſimum primum: In quo Pater iſte Penotus ſigillatim ſermonũ errores adamuſſim examinat, quos grauiſſimos eſſe affirmat. Contra Hiſtoriam vnum producit in ſingulari, *cum in primo ſermone Auctor ipſe fingit, vitam Eremiticam in nemore cum Eremitis ducentem Auguſt. id eſt contra hiſtoriæ veritatem à Poſſidio exaratæ; Monaſterium Auguſt. non Tagaſte primum cum Eremitis, ſed Hyppone ſacerdos pro clericis conſtruxit*, ait Penotus.

Reſpondetur. At nihil hoc loco erat reprehendendum, niſi de Eremitarum Monaſterio, primò facta mentio: cætera, inoffenſo tranſeant pede. Tàm eſt ſimplicium Eremitarum inuiſa memoria quibuſdam. ò Deus benedictè & immortalis, ò Aug. Pater optimè, *cur, nos Pater deſeris, aut cui nos deſolatos relinquis?* tamdiu ne huius exoluendæ quæſtionis Eremitas tuos inuaſit tàm turpis ignorantia? & quæ noſtrorum omnium adeò grauis culpa? Iam inde

Digitized by Google

Inde ab immemorabili à maioribus noſtris fieri mos eſt, vt quiſque religionis alicuius ordo, approbatus celebratam, conſpicuam ſui Inſtitutoris primi cognitam habeat memoriam : originis prima incunabula adhuc Eremitana non nouit Religio; ſine capite, ac vt placet aduerſarijs, fermè per accidens (vt ſic loquamur) in Chriſti Eccleſia apparuit, temporibus nimirum Papę Gregorij 9. ſic Penotus cap.25. numquam antea, nedum ab Auguſt. introducta, inſtituta minimè gentium. Tanta in eum inceſſit Religio, vt ſit perpetuus tanti capitis deſtructor, qui ſolus ita antiquitatis memoriam euoluit, in qua innumera tam teſtimonia, tùm exempla (vt ſibi videtur) reperit, quæ nos à tanti temporis curriculo maiorum, vſque ad Auguſt. longiſſimè abeſſe clamitat: idque facit, ac ſi magna fuerit auctoritate ſuffultus, vt illius voluntati omnibus ob temperandum ſit, ac defenſionem noſtram pro Auguſtiniana primęua inſtitutione, contumaciam interprętetur, non iuſtam, non veram tuitionem: Iudicem pręterea ſe vltro adhibuit, ſibi æquiſſimũ, ſimul atque comodiſſimum, dici aliter non poteſt, quam quod ſcripſit, ſcripſit; quia Auguſt. tandem nobis Eremitis occupauit, imò eripuit. Dignum eſt profectò admiratione, ſoli dumtaxat diuinitus reuelatum, quicquid ad Eremitanã Religionem ſpectat, nouit ſolus quæ cæteri cæcutientes Eremitani pręclariſsimi, hactenus de origine ipſa ſui capitis ignorant. Ambroſius Coriolanus. Ambroſius

Gentilis. Philippus Bergomenſis. Ioſeph Panphilus Signinus. B. Iordanus Saxonius. Nicolaus Bariana Placentinus. Antonius Dertonenſis. Hieronimus Roman. Ludouicus ab Angelis. Lancilotus Corradus. Ioannes Marquez. Nicolaus Cruſenius. Thomas à Talamello. Angelus Rocchenſis; ijs ergo doctiſsimis viris alijſque Auguſtinenſib. adhuc in tenebris, nondum affulſit vera noſtræ inſtitutionis Lux, quàm omnino clariſsimam proſpicere, ſibi tribuit Pater Penotus vſque ad Auguſt. tempora, vbi, ab eodem Aug. inſtitutos Eremitas, minimè videt, toti mundo notiſsimos. Argumentum huius generis propugnaculum noſtrum, latè ſum proſecutus, in opere, patrio ſermone edito, *S. Agoſtino Eremita, è primo Inſtitutore del ſacro ordine Eremitano*, Nec modo ſupprimendum ſilentio reliqua.

Videamus quid habeat contra Eremitas Poſsidius à P. Penoto relatus in primo punto cap. 31. *poſt Baptiſmum, Auguſt. in Aphricam reuerſus ad Patriam domum, & agros, ibi ferè trienio cum Amicis vixit. Deinde factus presbiter, mox epiſcopus in ciuitate manſit, nec vnquam in nemore vitam cum Eremitis duxit.*

Reſpondetur Pater Penotus de ſuo capite negatiuam induxit. Primam narrat Poſsidius; non vixiſſe autē Auguſt. cum Eremitis, non dicit Poſsidius, ſed Pater Penotus, nobis ob id non audiendus: cui euenit quod de Iuriſtis ſcribit Decius cōſil. 494. nu. 15. *Non perſcrutari rationes, ſed imitari Aues,*

quæ

quæ quo vna volat, ſequuntur omnes.

Deinde bonus Logicus conſequẽtiam negaret: non meminit *P*oſsidius prioris Monaſterij pro *E*remitis, ergo *E*remitas non inſtituit Auguſt. certè, *quandoque bonus dormitat Homerus.* Si tacet veritatẽ, *P*oſsidius, alij loquuntur: tacet, fortè memoria lapſus: non ſilet ipſe in ſuo ſermone primo Auguſt. Silentio hanc viuendi *E*remiticam *P*oſsidius inuoluit vitam, tanquam omninò notiſsimam, ne ſui quoq; gloriã ipſe *E*remita Poſsidius aucupari videretur. Quid? *E*uangeliſtæ ad ſe ſpectantia haud narrare curarunt: immo, de Chriſto multa prętereunt, D. Ioannes hoc vltimo capite inſinuat, *non omnia de Chriſto* (quod magis ac plurimum reffert, quam Auguſt.) *Scripta ſunt*; non omnia Apoſtolorũ, ac aliorum ſanctorum dicta, vel geſta habemus, lege præfationes, Baronij ad Martirologium · Hiſtorici quamplurima conſultò prętereunt, aliorum iuditio demandant; pręſertim verò cùm notiſsima omnibus pateant; nec fęlicia ingenia omnia aliorum geſta proſequi valent, multorum lectione eneruatur Minerua; non temerè *P*oſsidius, ſed deliberatè, & ſuo iuditio alio itinere inceſsit; &, quod in omnibus tùm artibus, cùm diſciplinis factum eſt cernimus, poſteris quoque ipſorum inuenta augendi, inueniendi, ornandique materiam, poteſtatemque reliquerũt; vt dixerit Ariſtoteles, *Exiguа fuiſse omnium diſciplinarum initia, multis poſtmodum additis*; cuius rei certiſsimos teſtes, libens omitto; illuſtres

locos

Digitized by Google

locos Auctorum, propoſitoque noſtro conuenientiſsimos, ad verbum plenius poſſem adſcribere, ni perſpicuum omnibus putarem; verum de Auguſt. parente, plus æquo tentatur patientia noſtra.

Norunt quoque viri docti, Argumentum negatiuum, nullius eſſe momenti. *Eremitarum non* meminit Poſsidius, ergo ab Auguſt. non inſtituti, huiuſcemodi leuiſsima argumentatio, quid porrò apud litteratos virium habet? à ſcolis iampridem exulauit. Quinimo liberè fateor, de *E*remitis locutum Poſsidium, cum Hiſtoriam narrans, inquit. *Poſt Baptiſmum, Auguſt. reuerſus in Aphricā ad paternā domum cum* A*micis, &c.* atqu æſo, qui erant huiuſmodi Amici, Canonici Regulares? nequaquam; hi ſunt amici Auguſt. *E*remitæ; probatur clarius *Reuerſus eſt Auguſt. ad* A*grios proprios, vbi habitabat cum* A*micis* ait Poſsidius; certè Agri non in Ciuitate sūt poſiti, ſed à ciuitate remoti, ecce *A*uguſt. & *E*remitarum Monaſterium in agro, vel nemore poſitum; euidentius hoc oſtendo ex *P*oſsidij verbis; *cum Amicis Auguſt. in commune viuebat*, ecce *A*poſtolica forma viuendi Religioſorum, quam & hactenus in ipſius regula ſub præcepto traditam, nos *E*remitæ ſeruare tenemur; ſequitur Poſsidius, *cum* A*micis, ieiunijs & orationibus vacans, ſcribebat libros, & docebat indoctos*; ieiunijs & orationibus Eremitæ illi viri Religioſi, & *A*ug. Amici inſiſtebant; noſtra quoque eſt ſpecificè hęc norma viuendi; Laici, non in commune viuunt, non tàm frequentes ieiunijs, & orationibus

tionibus vacant, non omnes in agris comorantur; hæc tamen omnia ſeruari ab Amicis Auguſt. perſpicuè narrat Poſsidius, quos ipſe Auguſt. vt indoctos (ſic eos appellat Poſsidius) docebat, tales indocti Amici Auguſt. Eremiticè vitã traducentes in agris, ieiunijs & orationibus operam dantes, in communi ſine proprio, aliud quid pręter vitam communẽ non poſsidentes, non erunt viri Religioſi? non erũt Eremitani ab Auguſt. inſtituti? conſtat, non Aug. ab illis Amicis pendere, nihil ab ijs accepiſſe, ſed è conuerſo, ergo geniti ab Auguſt. Nam & Chriſtus Apoſtolos vocauit Amicos, *vos Amici mei eſtis*, Ioan. c. 15. quos tamen ipſe elegerat, & Apoſtolos inſtituerat. Cum ergo de re ipſa conſtet, fruſtra de nomine contendimus, ſi proprio hoc vocabulo, Eremitę, non dixit Poſsidius, quid mali fecit? ſeu quid ad nos? neque tu occulatiſſimus indagator, ſcrutare quantum licet eius ſcripturas; ſi nomen horum Canonicorum Regularium in Poſsidio reperias, ludum omnino perdiderim.

Cum inquit Poſſidius, factus ergo presbiter, Monaſteriũ clericorum mox inſtituit; Ly, clericorum .i. canonicorum Regularium adhibetur expoſitio voluntaria; cum tamen aliud omnino ſit, Monaſterium inſtituere, aliud clericos; primum affirmat Poſsidius, non hoc ſecundum: neque poterat; nam clericorum inſtitutio non ad ſimplicem omnino, titulo dignitatis deſtituto, ſpectat ſacerdotem, qualis tunc temporis erat Auguſt. Clericorum inſtitutio,

epiſco-

epiſcoporum munus eſt. Monaſterium ergo clericorũ inſtituit .i. quos habebat Eremitas ſuos apud ſe extra ciuitatem, inſtituit pro eis factus ſacerdos, Monaſterium in ciuitate, clericos nuncupauit Poſſidius, nimirum, quos Auguſt. Valerio epiſcopo tradiderat ordinãdos in minoribus, vel ſacris, quibus cum viueret, vt antea fecerat: Vel admiſſa tandem (ne ſemper lis vigeat) nominis illius, clericorum .i. canonicorum Regularium; cur quæſo Poſſidonio non dabimus veniam, dum Amicos nuncupauit Aug. viros laicos, vt dicũt Aduerſarij; nos, viri iam à Baptiſmo Religioſi, nomine inquam, Amicorum non licere Eremitas interpretari? quæ diſonantia hic? veſtram nos admittimus nomenclaturam; ſi probi eſtis, noſtram quoque abijcere nolite. Qui negare ſępius ſolent quæ ab alijs ingenuè affirmantur, beneuolè & officioſè offeruntur aliorum voluntati, atque iuſtis votis in omni negotio, reſiſtunt, aduerſantur, contraria cõſectantur duri, inhumani, moroſi, ne dicam, contumaces omnino habentur; quia optima quæque amicorũ faſtidiunt, Hoc modeſtus, & eruditus quilibet, velut à Minerua dictum, hoc eſt, ab ipſa ratione, cæleſtique ſapientia, libenti animo excipiet; ſi ſecus, appellatio iure deſtituta, interponatur ad Nullitatis Tribunal.

In

§. II.

IN ſermone quarto redarguit Pater Penotus id quod affirmat Auguſtinus. *Serpentes nimirum hac prudentia pollere; etenim bibituri, venenum deponunt; falſum* (inquit ille,) *fabuloſum, & ridiculum, quaſi timeant Serpentes ſuo veneno necari.*

Reſpondetur, In omne ſe latus voluit oppoſitor reperiundę quæſtionis. *Cuique credendum in arte ſua*: vt venenum ſuæ amaritudinis, (*qui venenum dicit* inquit Caius iureconſultus de verb. ſignif. *addicere debet, vtrum bonum an malum: hodie tamen in deteriorem partem accipitur*) longè latèque diffunderet, falſum, fabuloſum exemplum ab Auguſtino adductum de Serpente, aliqua ratione, vel teſtimonio erat oſtendendum, non .n. quaſi Pythius Apollo, certa vt ſint & fixa quæ dixerit, ſed vt vnus è multis, probabilia ſibi ſequitur; ſunt nè omnes Serpentes eiuſdem ſpeciei? Serpentes in Aphrica (Aphricanus erat Auguſtinus) fortè ea ſunt prędititi à natura conditione: ponunt venenum, ne aquam inficiant, nonnè tali veneno aquæ hauſtus exitialis euaderet? ſaltem adeo noxia qualitate aquam turbaret, vt Serpens indignatus à potu abſtineret: quã ſi veneno infectam aſſumeret, necari poſſet, cum venenum ſola aliqua pars deſignata corporis habeat, non omnes :id autem cauiſſe naturam, ne tàm noxij veneni pars ſincera offendatur: cum

vt vult Albertus Magnus, venenum ſi ſit apprimè calidum, omnes partes inuadit, ideoque magis omnibus noxium. Si quidem hæc tibi lector non probantur, patrocinium aliud mihi paratum aduerſus cauillantē inueni. Vide porrò Andreæ Alciati emblema centeſimumnonageſimumſecundum: Vipera(Vipera eſt genus nequiſſimnm quodam Serpentum) in litore ore aperto, virus euomit, poſt potum aquæ, ad eam adnatans ex propinqua aqua Murena recurrit; de quorum congreſſu, Plinius lib. 9. D. Baſilius in exam. orat. 7. Veruntamen ſi loquifas eſt vera, non Ariſtoteles, non Teofraſtus, non Plinius, neque Pondeletius, aut Aldourandus, vel quiuis in ea re valde peritus de Animalium natura diligēter ſcripſerit, omnes brutorum ſpecificas, aut indiuiduas probè notas habuit proprietates; latentibus illorum nos vltimis differentijs: Apud eum, qui hæc noſtra ſit reprehenſurus, Horatianum illud opponam, vt me cum alijs errantem ſuſtineat. *Siquid noviſti rectius iſtis, Candidus imperti; ſi non, his vtere mecum.* immo verò non piget hoc loco adſcribere, quæ vir apprimè doctus Baradius tom. 2. lib. 9. ſuper illud, *eſtote prudentes, ſicut Serpentes*, refert ex Epiphanio Here. 37. Alteram habet Serpens prudentiā, velut naturæ rerum docti tradunt: quando. n. ſiti preſſus, à latibulo procedit ad aquam, vt bibat, non ſimul accipit venenum ſecum, ſed in latibulo relinquit; & ſic progreſſus, potum aquarum ſumit: proinde

& hoc

Digitized by Google

& hoc ipſi imitemur, malitiam non feramus &c. Sic D. Ambroſius Salm. 37.

§. III.

PVncto 2. Sermone 5. habetur, D. Auguſtinum tria Monaſteria extruxiſſe, primum in Eremo. ſecundum in horto Valerij, tertium in domo Epiſcopi. Contra (inquit Pater Penotus) *expreſſum teſtimonium Poſſidij c. 4. & ipſius Auguſtini ſermone primo de communi vita Clericorum, ſcribẽtium, primum Monaſterium extructum in Horto Valerij. Ergo non ſunt* Au*guſtini Sermones.*

Reſpondetur, ſæpius decãtata quærela, ac nimis importuna eò tendit, vt Eremitarum abneget Auguſtinianum inſtitutum primum: Verum vt non obtinuit hactenus, nec multorum Auctorum Lectione, ac Hiſtoriarum cognitione deſtituta, vnquam efficiet quod ſiniſtrè cupit contra eò protractam Eremitanorum antiquitatem ad Auguſtini tempora: quod toties repetitum à nobis nec ſine cogenti ratione, exemplis, ac auctoritatibus & Auctorum veris Teſtimoniorum monumentis, nos iampridem præſtitiſſe intelligent, ſi modo adſit aliqua in iudicando æquitas. Nunc ad rem. Poſsidius non mentionem fecit primi ab Auguſtino inſtituti Tagaſtæ Monaſterij, ergo non datur. Quid vobis auditoribus de conſequentia nunquã probanda videtur? Poſsidium certè non puduit

aliquot ad Auguſtini vitam ſpectãtia, intacta omnino prętermittere, quam ob cauſam, niſi quòd veriſsimum eſſe comperimus, quod vulgò dici ſolet, *Docti eſt etiam quædam ignorare, vel non omnia poſſumus omnes*. Nec ipſe D. Ioannes Chriſti dilectus Diſcipulus, omnia Litteris conſignauit, quæ Chriſtus ipſe fecit, & dixit. Nec pariter Auguſtini Diſcipulus Poſsidius. Ex eo tamen primam, primi Monaſterij fabricam pro Eremitis facillimè æquus iudex colliget ab Auguſtino Tagaſtæ factam, dum Poſſidium audit narrantem, *Reuerſus August. in Aphricam ad agros proprios, cum amicis, ieiuniis, & orationibus vacans, in communi viuebat*, quis modo cęcus non videat, Monaſterium primum, ſeu Conuentum, vel Domum Religioſorum, vel Eremitorium, quocumquè nuncupetur nomine? compertum omnibus vel ſola coniectura, primos illos homines Auguſtini amicos, abdicato ſęculo, eiuſque pompis, à multitudine ſegregatos, puris animis Deo ſeruientes, initia habuiſſe admodum rudia quidem, & ſimplicia, qualia ſolent eſſe rerum penè omnium principia, quæ à rebus minimis orta, tandem progreſſum ampliorem, & certè maiorem conſequuntur in poſterum: eo .n. factum Eremitis illis primis, credendum fas eſt; & modo quæſo hæc memi nerint quorum maximè intereſt, doctiores multa ſcire quidem, non tamen omnia: ſit itaque primũ ab Auguſtino exſtructum Monaſterium Hyppone, in Horto Valerij Epiſcopi, Auguſtino iam presbitero

ſubjecto donato: Notanter diximus Hypponæ, res hæc eſt, non negamus: ſed iampridem aliud ędificauerat Tagaſtę (non confundenda ſunt diſtincta loca) vbi trium annorum ſpatio, non Clericus, ſeruus tamen Dei, ac Religioſo habitu nigro amictus cum amicis Eremitis in agro degebat, quos ipſe vt Pater, vt doctor, vt Magiſter docebat, hoc Poſsidius affirmat: ecce ergo tibi primorum veſtigia Eremitarum. Ac deinde pergit Auguſtinus Hypponam, presbiter ferè inuitus ſacris à Valerio initiatur, Hortum obtinet à Valerio Epiſcopo, ibi aliud fundat Monaſterium; pro quibus, dicite Fratres? pro Clericis aiunt: Cur non etiam, & pro ſuis Monachis? maiore vtque flagrabat deſiderio Auguſtinus cum primis amicis vitam in Eremo ducere, quam in Ciuitate, vel propè ciuitatē cum Clericis, idcirco aiebat ipſe, *cognito deſiderio meo B. Valerius, donauit mihi Hortum illum, in quo nunc eſt Monaſterium*. Clericis tùm minorum, cùm ordinum maiorum, impoſita eſt muneris ſui functio ex Patrum, Conciliorum, ac ſacrorum Canonum decreto, vt Eccleſiarum diſtineantur miniſterio quotidiano: ergo Ciuitas, vbi gentium, & populorū viget multitudo, eſſe par eſt illorum domicilium, habitatio; extra Ciuitatem, & oppida in Hortis, in nemoribus in Eremis habitent Eremitæ, Deo alio modo famulantes. Hinc D. Gregorius lib 4. Reg. *nemo poteſt eccleſiaſticis obſequijs deſeruire, & in monaſtica Regula ordinatè perſiſtere*; Si verò cum Clericis habitauerint Erę-

mitę

mitæ in Horto Hypponenſi, Auguſtino totam benè regente Familiam, non repugnat; ſunt omnes Fratres in Domino. Hæc in monumentis veterum legimus.

In eodem Sermone. Inuenit Pater Penotus Hiſtoriæ errorem de Ianuario presbitero diuite: hoc loco inquit Auctor ſermonis, *inuentos poſt eius mortẽ, centum vndecim Siclos in pariete cellæ defoſsos; quos Auguſtinus cum Januario ſepeliri mandauit*. Atqui in ſermone, De communi vita Clericorum, quid factum ſit de Ianuarij pecunia, dicit, *Remanſit illi quædam pars pecuniæ .i. argentum, quod diceret eſse filiæ ſuæ*, ergo inquit oppoſitor, pecunia filiæ tradita eſt, non poſita eſt in pariete.

Reſpondetur, Nulla eſt contradictio in dictis Auguſtini ſi rectè expendantur. Certum eſt Ianuarium pecuniarum amatorem, diuitem fuiſſe; liquet etiam, Auaritiæ deditum, conſtat ex eodem Auguſtino Ianuario multã pecuniam in delitijs fuiſſe perquam gratam: Auarorum mos eſt pecuniã abſcondere, in rimulis parietum illam detrudere, in terram defodere: probabile ergo id efficitur de Ianuarij auaritia: præterea, ea de re duo loca habemus ab Auguſtino; in ſermone 5. narrat de pecunia in pariete defoſſa, quam in ſua cella ſibi ſub proprietate retinebat Ianuarius: in ſermone verò altero, De communi vita Clericorum, refert, Argentũ filiæ datum, quod erat pecuniæ reliquum Ianuarij. Clarius. nota quæ de illo dicit Auguſtinus in ſermone

mone de com.vi. Cler. *Remanſit illi, ſcilicet, Januario quædam pars pecuniæ*: audiſti? quædam inquit pars pecuniæ remanſit; ſi quædam pars, ergo non omnis eſt à Ianuario relicta pecunia filiæ ipſius danda; quędam ergo altera pars ab eo fuerat conſeruata. At vbi quæſo? nimirum in parietis cellę loco occulto poſita, more nimirum illius ſerui nequā, qui pecuniam Domini ſui, in ſudario repoſitam abdiderat, Luc. c. 19. hanc Auguſtinus cum Ianuario ſepeliri mandauit; Turpiter verò conuincitur oppoſitor, dum putat, ſicli nomen non eſſe latinum, non punicum, non gręcum, legat Alexandrum ab Alexandro Genial. dier. lib. 4. c. 24. Mna dicitur Grecè, quæ tum nummi, tùm librę nomen habet, apud quos Siclis ſexaginta appendebat, qui obolos mille ducentos pariunt. Nam viginti obolos, Siclum efficere haud dubium eſt. Decipitur inſuper cum arbitratur, tale nomen ad pecunias numerandas nō fuiſſe in vſu; imò fuit, vt Alexander ſuperius innuit apud Græcos; Calepinus apud Græcos; Latinoſq; quarta pars vnciæ, ergo eſt etiam nomen latinum, quin pro numerata pecunia, textus diuinæ ſcripturæ haud mentiri poteſt, Exod. c. 30. Leuit. c. 27. Nu. c. 3. c. 7. Deuter. c. 22. Ezech. c. 45. Ioſue c 7. 2. Reg. c. 18. Quod igitur piaculum, ſi Auguſtinus ſemel ſit tali voce Hebraica vſus pro pecunia numerata Ianuarij, facilius certè ab ijs qui ſeriò ſunt docti, & moribus politioribus exculti, aliquam gratiam impetrare videbimur, quàm ab oppoſitoribus, qui ferè

rè omnia nō modo perperam vellicāt, ſed quod ait Comicus, *niſi quod ipſi faciunt, dicuntque, nihil rectum putant.*

In eodem 5. ſermone. Errata grauiora offendit Pater Penotus, videns Auguſtinum Clericos acriter perſtringere, exclamat, *Totus ille ſermo, aliud nihil eſt, niſi ſatyra quædam in Canonicos Clericos, tot probris, & conuicijs onuſta, & ornata, vt facilè ſuum auctorem prodat: in ea præſertim antitheſi Canonicorum & Eremitarum.* Vide.

Reſpondetur, *Nil agit interpres,* ait Horatius, *qui litem lite reſoluit,* Satyram plerique in bonam accipiendam, oſtendit elegantiſsimè Antonius Cerri Gymnaſij Ariminenſis Magiſter non penitendus. Vtinā ea eſſet eruditio mea, vt ad legendum eum ſermonem alios inuitare poſſem. Si legamus quæ ſacris litteris à Diuinis Prophetis, à Chriſto, ab Apoſtolis prodita ſunt, de vita, & moribus auditorum, non eſt quidquam cauſæ, cur huiuſmodi reprehenſionis genus inuſitatum credatur à Patre Penoto; ſermones in temporis opportunitate habendos cenſet Varro, iucundos, imitabiles, & cum quadam caſtigatione, & voluptate vtiles auditoribus; *Mali, peccare non anguntur, obiurgari moleſtè ferunt*, *Cicero ſcriptū reliquit in Lælio*; Oratio D. Auguſtini alioquin ſimplex, & nullis aſperſa pigmentis, impia facta ferit, bona collaudat. Non erat Auguſtini Parentis, præceptoris, paſtoris animarum, magnorum delictorū diſſimularè medicinam, imitatus medices, qui medicamenta

dicamenta acriora, & amariora dulcibus ſuccis comiſcent. Obiurgationum ſeueritatem Aug. accipere, cogebant in primis, quæ paſſim comittebantur non ferenda delicta, etiam à ſuis, qui nullo ſe inditio clarius morum correptionem oſtenderent, quã cum ęquiſſimo animo patiebantur ſua ſibi peccata demoſtrari, vbi caſtigationem vitæ corrigendæ gratia ſuſceptam animaduertebant paſtorem ſuũ. Quibus eſſent penè omnes, criminibus contaminati Aphri, D. Auguſtini temporibus, latè proſequitur Saluianus Marſilienſis grauiſsimus Auctor, lib. 7. cap. de Diuin. prouid. *quibus criminibus*, inquit, *compulſus Deus, hoſtiles plagas de loco in locum, de orbe in orbem ſpargeret, & excitatas ab vltimis terræ finibus gentes, etiam tranſmare mitteret, quæ Aphrorum ſcelera punirent; quid clarius?* prętérea; initio Auguſtini Epiſcopatus, ſuorum clericorum habenas ad corripiendos mores, laxatas vidiſſe Auguſtinum, credebile fit prauorũ temporum culpa, Aphrica poſtmodum à Barbaris ob id deuaſtata. Vandalos Aphricam vniuerſam deuaſtaſſe, rapinis, cęde, incendijs; nulli ſexui, nulli parcentes ætati vel ordini, narrat in ſua Cronica Ioannes Vaſeus, anno Domini 437. *Quod inſuper* conqueritur oppoſitor, *Totus ille ſermo alıud nıhıl eſt, niſi ſatyra, conuitijs & probris onuſta*, minimè hoc verum eſt; ibi maior pars circa obedientiam verſatur, qnam, & à clericis Auguſtinus requirit, quam in ſuis Eremitis facilem, promptamquè experimé-

to didicerat, ad quos more oratorio, vt Concionator optimus, clericos ſuos deſtinabat, vtrorumque curam gerendo, ne illud ſancti vatis ſibi verè aliquando obijceretur, *ve mihi quia tacui, Eſai.c.6.*

Neque modeſtum decet Religioſum Auctorem nuncupare, *Nebulonem, impudentem*, quiſquis is fuerit; certè vir probus, & Religioſus, cum quę dicit, ex diuinis hauriat fontibus: coquod de pellibus cuniculorum, &c. Quaſi Auguſtini tunc temporis, cuniculos, ac veſtes pelliceas Aphrica non haberet. Vult inſuper Pater Penotus doceri, an Auguſtini tempore, eſſent in vſu cappæ Canonicales apud clericos Hipponenſes? quaſi dicat non. Infero, ergo clerici Auguſtiniani, Canonici non erant; *Cappa Canonicalis, quam Reuerendi Canonici Regulares cum Rochetto deferunt, non ad clericos omnes ſpectat. ipſorum eſt propria, & eius vſus antiquiſſimus: cuius porrò forma, non Canonici Regulares à prioribus Dominicanis, non à Carthuſianis mutuarunt; Quin potius fratres Sancti Dominici, & Carthuſiani, à Canonicis deſumpſerunt, à quibus ortum etiam habuerunt*, ſic loquitur ipſe Pater Penotus lib. 1.c.22.punt.6. Quæ ſi ita ſint, mea in preſentiarum non intereſt vltrò, falcem in alienam meſsem ponere; viderint ipſi Illuſtriſs. Patres; Quod ipſe addo illud eſt, nō fuiſse Canonicos Regulares Auguſtini ætate; quā ego conſequentiam optimè video deduci ex Penoti dictorijs, negat hoc loco fuiſſe in vſu Cappas Canonicales apud Clericos Hypponenſes, ſuperiori

loco

loco affirmat; ſed *oportet mend. cem eſse memorem*. *Retorſio eſt optimus modus conuincendi aliquem* c. in omni de Teſti. & eſt tex. in cap. qui ſincera 45. d. ibi Abbas, & Imola.

Non tacet in eodem 5. Sermone Pater *P*enotus; *Homo rudis, & ignarus*, (videlicet Auctor ſermonũ) *Simplicianum presbiterum Romanum fuiſse, Romæ educatum, & ad* Ambroſium *tranſmiſsum*; *eum vocat Ligurienſem* Au*ctor*.

Reſpondetur, ergo quærendum à Patre Penoto, cuias ſit Simplicianus? Romanus ait. Minimè hoc verum, Sacerdos Romanus, ergo Romanus non valet. *S*impliciani Hiſtoria eum appellat ſic, *Simplicianus ciuis Mediolanenſis*; ſic Martirologium ad diem 13. Auguſti habet, *Mediolani, natalis S. Simpliciani, qui Romanæ* Eccle*ſiæ quondam alumnus*, &c. alumnus inquit, non ibi ortus, ergo non Romanus. dum ergo Auguſtinus eum facit Liguriénſem, fortè vel Ianuę ortum ſuum habuit, vel aliquo loci in Ligurienſi *P*rouincia, vnde poſtea Ligurienſis dictus. Sed adeſt alius modus euadendi Penoti manus. Ligur aliquando eſt proprium nomen viri alicuius, & generis maſculini ſecũdum Priſcianum, referente Calepino: potuit ergo Simplicianus, duplici nomine gaudere, vt Marcus Antonius, Iulius Cęſar, Tullius Cicero &c. Addamus aliud perfugium ex Alexandro ab Alexandro Geni. dier. lib. 4. c. 13. Ligur, & Ligurum de his dicitur, qui cum lõgè ab hominum comercio, & cultu

diſtent, & in arid ſolo habitent, facilè dicuntur agreſtes, Ligurus, duri, &c. negabit modo Pater Penotus, Eremum potius quam turbarum, multitudinem Ciuitatis Mediolanenſis, gratum fuiſſe D. Simpliciano, eruditionis, & ſpectatæ probitatis viro; *cui cum D. Ambroſius comperiſset ſolitudinem ſumopere Simplicianum colere, dedit ſibi locum a tumultu turbarum ſemotum*; habet in ſua hiſtoria.

Ibidē. *Auctori quinti ſermonis rotundis verbis, aliud obtrudit viciū, & quidē ſolēne P. Penotus, inquit, non ferendum, quo veluti portento ipſo auctore digno, ſermone concludit, fingit impoſtor, Auguſtinum ipſum ſuis clericis offenſum, illos tempore Paſchæ cum Eccleſia, & populo deſeruiſſe, & ad* Eremum *cōtendiſse, cum ſuis Eremitis Paſca celebraturus, alioſque dies cum ipſis tranſegiſse: eo nimirum tempore, cum probi quique Epiſcopi ad ſuas Eccleſias ex remotiſsimis regionibus contendunt: impoſito etiam contra negligentes decreto.*

Reſp. Neſcio quopacto æquis animis perferri poſsit hæc audire; quæ ſupra credulitatem fictæ, ſolent poſtea, & veris, & probabilib. fidē detrahere An quia caſus fuerit impoſsibilis? & Eremitæ viri alioquin probi, & verè Catholici, nonne Chriſtiani erant? quis eos fecerat Auguſtini præſentia indignos? quin experientia nos docet, eadem via compertum habere, quod probatiſsimi viri, imò & Prȩſules, ſe aliquando cum Eremitis, minoribus de obſeruantia, Capucinis, Cartuſianenſibus tunc temporis recipere, quo à mundi curis facilius abſtracti domi-

Digitized by Google

domino Deo in ſolitudine fan ulentur, quid hoc, ſemel adminus, Auguſtinus impedit præſtitiſſe, offenſum præſertim ex ſuorum quorundam clericorum inobedientia? Deinde, feſta paſcalia, non vno tantum die celebrari ſolent, imò tribus ſubſequentibus diebus. demus igitur Auguſtini præſentiam Eremitis ſecundo & tertio paſcatis die: quid tùm poſtea? cum D. Paulo, debitor erat Auguſtinus ſapientibus, & inſipientibus, ad Rom. 1. ſolicitudo eum omnium ſuarum eccleſiarum cura pervrgebat; ſuos fratres, filios, quos in Chriſto genuerat vt primogenitos, vt amicos vnicè diligebat Eremitas, quos ante inſtituerat, quàm ſacerdos clericorum curam aſſumpſerit: potiori titulo tunc temporis gaudebant Monachi, videlicet dicebantur ſerui Dei, vt ſerui propria voluntate priuati, Dei obſequio dicati, temporalium rerum ſubſidio deſtituti, & qui non magis quàm clerici, Antiſtitis ſui pręſentia indigere videbantur: hinc ipſe Pater Auguſtinus epiſt. 133. *Ex quo Deo ſeruire cæpi, difficilè expertus ſum meliores, quam qui in Monaſterijs profecerunt*: & lib. 22. di Ciu. D. de Monachis loquens, eos Dei ſeruos vocat. ſic in Regula, *famulo Dei dicenti*, &c. Doctor Nauarrus etiam teſtatur, tempore D. Auguſtini Eremitas fuiſſe, qui eiuſdem inſtitutoris ſui Regula vitam attemperarent. tract. 2. de Regul. com. 4. n. 9. Videat nihilominus ipſe Venerandus Pater ne vt impoſtor fingat, que in ſermone quinto, in calce, nequaquam de ſe refert Auguſti-

guſtinus auctor: Nulla inibi mentio de Paſcatis die feſto; nec de Auguſtini indignatione ſuſcepta contra clericos; ſi vſque ad feſtum Sanctæ Aſcenſionis Dom. Aguſtinus videri poſſit decreuiſſe cum ruſticauis Eremitis in caritate habitare, ſtatim mutato conſilio ex occaſione aduentus Fortunati heretici, quo cum erat diſputaturus, ait, *Jdeo compulſus, rencrſus ſum ad vos, cupiens illum videre*: non ergo cum Eremitis Paſca celebrauit tunc temporis; verba illius expendamus, *decreueram* (inquit ad clericos) *cum eiſdem ruſticanis meis, &c.* Sed Fortunati ad ciuitatem aduentus iter interrupit, viam precludit, & actum imperfecti temporis facit: veluti ipſe P. Penotus diſcurendo ſuper illo verbo Auguſtini, *diſponenbam eſſe cum fratribus* dicit. *In claris non eſt omninò opus coniecturis.* l. continuis §. cum ita ff. de verb. oblig. Abeamus ergo nos Eremitæ, maiorum noſtrorum veſtigia ſecuti, à Patre Penoto.

§. IV.

PVncto 3. tranſitum facit P. Penotus ad ſermoſermonem 21. multa falſa continentem, quia agit de triplici genere monachorum ex D. Hieronymo in Egypto.

Reſp. laudetur Deus, iam primum, ac ſecundum deinde ſextum vſque ad vigeſimum incluſe, diligens iſte indagator oculis linceis, nec vt Argus errorem

Digitized by Google

rorem damnandum videns, i tactos reliquit. ex quo tacito ſilentio, confiteri tenetur omninò eos eſſe à D. Auguſtino ad Eremitas noſtros, velit nolit profectos, vt eſt in reg. iuris in 6. c. qui tacet Regula, *qui tacet conſentire videtur, eo ipſo cum reſponſio exigitur, quæ ex perſonis, circunſtantijs, rerum varietate, & ſignis iudicanda videtur, vt rectè docent Abbas, & Felinus ab Azorio relati, lib. 1. c. 4.* prout in caſu noſtro; cũ ſe toto conatu oppoſitor parauerat funditus hos ſermones euertere; decem & octo illeſi, manus eius effugiunt, gratijs, & ipſa Minerua inuitis; quàm ergo diſſimilis caſus ab eo, quem Bartholomeus Bertarolus de clauſulis, narrat clauſ. 27. Alciatus verò, ſeu quiſquis ille fuerit, qui praxim illam vtriuſque iuris ſub nomine Alciati edidit; quam ipſe ſuã eſſe negabat in .V. actionis ceſſio: dubitarunt certè aliqui circa ſermones noſtros de illorum primo Auctore: nunquam tamen Auguſtinus, ac nullibi negauit vt Alciatus, partum ſuum: cupiebat ſanè Oppoſitor, Auguſtinum capere in ſermone; ſed parati ſumus, & non perturbati, reſpondere exprobantibus ſibi, & nobis, ſermones ſuos, cognito negationis argumento de primęua Eremitarum ab Auguſtino facta origine, quod eſt præcipuum aduerſariorum inſtitutum huius tollendæ memoriæ, quoſue zelus Religionis noſtræ iamdium comedit: Athenienſes, Platonicis legibus, vale, dixerunt. Sed enim cum Filone dicendum, factum nũquàm, vt ſermonibus illis valedicatur; aduerſantia,

tia, vtique valeant. Patrem Penotum audiamus æquo animo, dum opponit hunc in modum.

Ait auctor ſe à D. Hieronimo litteras accepiſſe, in quibus de triplici genere Monacorum Aegipti, certiorem illum reddit: Et illa epiſtola inter epiſtolas D. Auguſtini à D. Hieronimo ſcriptas, nullatenus habetur, ergo ſermon. 21. Auguſtinum non ſapit.

Reſp. Ita ne? ob id ergo ſermo non eſt Auguſtino dandus, quia periit epiſtola Hieronimi ad Auguſtinum? *Actus agentium iudicantur ex natura rei, potius quam ex accidenti. l. qui habet ff. de tutela*: ſi caſu eſt amiſſa epiſtola, quid refert hoc ad rem? Qui ſimul Ciceronis familiares vno codice inſertas in lucem emiſit, dolet multarum deperditionem. At tenebatur fortè Auguſtinus quaſcunque à quã plurimis acceptas litteras, non conſciſſas reſeruare, vt poſtmodum P. Penoto in teſtimonium oſtenderet? Multos ex ſacris ſcripturis libros, & ex libris integra capita non habent Hebrei, reipſa hoc liquet; agnoſcit nihiloſecius eccleſia cum veneratione. An vero putamus eſſe vllam cauſam, cur in tanto aſſiduo labore, pagina aliqua Auguſtino non aduertenti è manibus peritura excederet? Nullus enim planè animus eſt adeò à natura, à moribus rectè informatus, vt hoc quicquid eſt accidẽtis non excuſatum velit, vt potius tàm ſeuerè accipiat, vt omninò exulare cupiat, non vtilem modo, ſed etiam neceſſarium nobis Augnſtini ſermonem. Satis nobis nolens facit oppoſitor. Reperitur

tur inquit hęc narratio de triplici genere Monachorum in epiſtola ad Euſtachium, vnde illa auctor ſine dubio accepit. Fatetur ergo ore ſuo Pater Penotus ex D. Hieronimo (teſtimonium eſt omni exceptione maius) dari triplex Monachorũ genus. Hieronimus Monacus erat, Auguſtini amiciſſimus, vt eorum ad alterum epiſtolæ teſtantur: quàm ergo non difficile fuit, vt Auguſtinus ex eo didicerit hanc hiſtoricam narrationem, qui Aegyptum ſua peregrinatione perluſtrauit, non Auguſtinus, qui verba faciens de congregatis ſuis fratribus in ſancta communione viuentibus, in pſal. 132. ſcriptum reliquit, *quare ergo & nos non appellemus Monachos, cum dicat pſalmus, ecce quam bonũ, & quam iucundam habitare fratres in vnum?* D. Hieronimus epiſt. 13. ad Paulinum Monachum Eremitam ſcribens, eum auertere conatur a longa peregrinatione, hortaturque vt in Monaſterium ſe recipiat dicens; *conſidera propoſitum tuum, ardorem quo ſeculo renunciaſti; melius eſſe arbitror, vt in Agello habites, & Chriſtum queras in ſolitudine, ne propoſitum Monachi amittas* deinde paulò poſt ſubdit. *habet enim vnunquodq. propoſitum ſuum, duces. nos autem Eremitæ, ſeu Religioſi, habeamus propoſiti noſtri duces Paulos, Antonios, Macharios; &c.* ex quo facilè perſpicitur Monachiſmus S. Hieronimi, ad quam reuocabat Paulinum Eremitam, non Canonicum Regularem; quo de genere Monachorum, rectiſſimè poterat Auguſt. inſtruere, vt Monachus Monachũ infor-

maret, qui oẽ genus Monachorũ, optimè callebat.

Secundo ait Auctor, *Simplicianum Auguſtino in Aphrica redeunti, duodecim ſocios* Eremitas *ex ſuo monaſterio dediſse: Verum in tabulis Mediolanenſis* (ſequitur oppoſitor) *Simplicianus nunquam inter eremitas numeratur, neq. a Baronio, aut a quouis probato Auctore.*

Reſp. Audiuimus P. Penotum noſtris linguis magnalia loquentem. Aduerbium, da negandi ex Guarino, optimè puer didicit, quo frequentiſſimè vtitur. Imprimis ergo ſermonis Auctor Auguſtinus, ſocios ſibi à D. Simpliciano acceptos, ſeruos Dei nominat, non Eremitas; neq́. ex ſuo monaſterio, vt oppoſitor comminiſcitur: textus eſt ritè inſpiciendus, & fideli relatione in medium adducendus, non addendo, nec quippiam detrahendo; quòd cum Simpliciano D. Auguſtinus poſt Baptiſmum, in ſolitudine extra Mediolani Ciuitatem fuerit aliquandiu comoratus, perſpicuũ eſt, perexit ad Simplicianum, quia ei apparebat ſeruus Dei, & verè ſic erat. Ac deinde in Aphricam redeunti, non vrbanitatis cauſa ſocios dederit Simplicianus & itineris faciendi; imò deuotionis ergo, & ſuſcepti amoris in Auguſtinum gratia, a quo excellentiori modo ab ipſo viro doctiſſimo ſocii ipſi inſtruerentur: Penoto incumbebat onus negatiuæ probationis: ſolus nè Auguſtinus in Aphricam reuertitur? non Inquit Poſſidius, *Reuerſus in Aphricam cum amicis, ieiunijs & orationibus vocabat*; Amici ergo eum aliquot ſunt ſequuti, imitati, vbi videre eſt, quàm benè fue-

fuerit vir ſanctus D. Ioannem Baptiſtam imitatus, cum ſuos ad Chriſtum direx. diſcipulos, ſic Simplicianus cum Auguſtino ò: *ecclesia Mediolanenſis tabulæ, Simplicianum eremitam non habent*: Dicimus, quoniam eum vt Præſulem, & Epiſcopum ſuum Eccleſia Mediolanenſis veneratur; non inficiatur tamen, in ſolitudine vitam duxiſſe vt Eremitam, vel Eremitarum more vel monacum ante ſuum præſulatum; de cuius porrò ſolitario, aut Eremitico, vel Monaſtico ſtatu, ſi Tabulæ illæ non meminerint, meminerint hiſtoriæ: non ſunt hæc figmẽta P. Penote; vel ſi ſunt, tibi probanda: ne quando? ignis igne non extinguitur, nec malum malo, at contraria contrariis curantur, nonne?

Tertio redarguit oppoſitor leuitatem quandam ſilentio potius tradendam; *quandoquidem hoc loci, factum cuiuſdam viri pauperis narrans, qui Mediolani inuentum pecuniarum ſacculum, facilè reſtituit, eum nomine proprio nominat Vitalem. contra. quoniam idem* P. *Auguſtinus ſer. 21: de verb. Apoſtoli, & homil. 9. eandem rem narrans, vti ignotum de facie ac de nomine non notum, vocat, dicam quod fecerit homo quidam; certè ſi nomen ſciuiſſet, non dixiſſet homo quidam.*

Reſp. Satius eſſet cum viro clamoſo necquicquã diſceptare. dicendi tamen pauſam non faciam, diſcuſſa facti hiſtoria, ne afficiatur incomodo ſermo, qui in meã cliẽtelã iã venit: nõ diſsimulãter ergo videtur quæſtioni reſpõdẽdũ, ꝙ ſi de proprio nomine ſacculi inuentoris, nõ eſt facta mẽtio à D. Augusti-

no locis ciuitatis, fo rtè illius nomen non memoriç tunc ſucurrit , fort: omnino Auguſtinus oblitus quæ iniuria Auguſt. ſi vnius homunculi nomen nõ retinebat? error profectò nullus eſt, vel placuit illud prçterire, Chriſto notum epulonis nomen erat, at inquit homo quidam erat diues Luc. cap. 16. Tu vero ponis in vitio? eſt nè omnium hominum indelebile nomen? ſatis erat, Auguſtinum ſui memorem, eandem rem, prout incidit, retuliſſe, ac nomen illius pauperis in hoc manifeſtaſſe ſermone: Multa ſiquidem accuratius perpenduntur, & excutiuntur grauiora, vt

Quarto. *idem Auctor, iactationem intolerabilem imponit Auguſtino cum ſe præferat antiquioribus patribus, qui non tamen vt ego Apoſtolicam vitam alios viuere docuerunt.* exclamat hæc audiens oppoſitor. *quis audiuit talia horribilia? quid docuerunt Marcus in Alexandria? Antonius in Thebaida, Paulus Hilarion, Pachomius magnus Baſilius, Ambroſius Medioladenſis & alij, ex quibus ipſe Auguſtinus Apoſtolicæ vitæ normã didicit, & alijs tradidit.*

Reſp. Scilicet modeſtiorem, & honeſtiorem loquendi modum in Auguſtino requirit P. Penotus, ne iactantiæ & ſuperbiæ vitio aſpergi videri poſſet. Nos ipſum oppoſitorem benignum, ac plenũ ingenui, & religioſi pudoris ab omnibus, amari volumus, & quod alios ſilere cupimus, de conſilio Senecæ, primi ſileamus, in Domino ſi quid proficimus gloriantes, nihil magnificum, & ſingulare de

do-

doctrina noſtra ſentiamus: exempla multa non requiro, vnus inſtar omnium loquatur Cicero *primo de off. in maximis animis, ſplendiſsimiſq, ingenijs, plerunque exiſtit, honoris, imperij, potentiæ, gloriæ cupiditas*: quotus enim quiſq; eſt apprimè doctus, qui ſi præ alijs, & præter alios quidpiam ſingulare, & excellens ex proprio Marte in lucem emittat, non ſibi potius quàm nulli alteri adſcribendum putet? & ſunt ſcriptores illuſtres, qui plus iuſto ſibi quoad hoc deberi à peritis apertè aſſerant quaſi non ſint ſicut cæteri hominum, ſed ſuper cælos gloria eorum. Temperata ac verum ſapiens, non iactabunda Auguſtini fraſis loquendi, non ęquo iure damnatur, non ipſe horribilia fatur; ſed quæ egit, & dixit, Eremitis nota facit: *Sanctos Patres, qui ante me fuerunt* (inquit) *quos ſequi & imitari debemus*; nonnè honorificis verbis exornat? quæ ſunt iſta horribilia, Reuerende Pater Penote, quæ tu audiſti ex Auguſtini ore nimirum, *non tamen ſicut ego ſecundum Apoſtolicam vitam, alios ipſi docuerunt*. detrectas tu hoc dictum? quamobrem? de Diuo Marco, cæteriſq; Euangeliſtis, quis putat eum eſſe locutum? Paulus Eremitarum primus Pater, Anachoreſicam vitam ſolitarius peregit, D. Antonio, non ſemper copulati ſunt Diſcipuli, Maccarius, Pacomius, ſcripta nulla ex ſe reliquerunt: D. Ambroſius, præter comentaria in Euangelia, De officijs, quaſdam Epiſtolas; Regulam viuendi more Apoſtolorum, Monachis aut clericis nequaquam

quam

quam præſcripſit. nec in eam rem, aut Euſebium, aut D. Hieronimum incumbentes nouimus. Baſilium magnum ex Grecis, non tangit, ex Latinis Auguſtinus? Auguſtinus ergo ex antecedentibus ante ſignanus prædicatur, Auguſtinus regulam iuxta Apoſtolicam normam conſcripſit. *Tu de vita aut clericorum, aut Monachorum*, tantumdem efficitur, *Sanctam ſcribis Regulam* canit propterea eccleſia; Sancti illi patres Auguſtino priores, verè docuerũt multos verbis, & operibus, non ſcriptis. Auguſtinus tamquam ſcriba in lege doctiſſimus, protulit de Theſauro ſplendididiſſimi ingenij, noua, & vetera; quia fecit & docuit, Magnus ergo vocitatur ab omnibus in Regno Cęlorum, D. Lucas Euangeliſta, initio ſui primi capitis, dum ita loquitur, *Viſum eſt et mihi, aſſequto omnia à principio, diligenter ſcribere, &c.* tribus Reliquis Sacris Euangeliſtis, nihil prorſus detrahit; notaſtis ly, aſſequto omnia à principio? multa tamen collegæ, quæ ipſe non tetigit, addidere de Chriſti Domini hiſtoria: benigne ergo parcat Auguſtino Pater Penotus.

Quinto pungit Pater Penotus ſermonis Auctorem, dum affirmare nititur, ſe ad perficiendum opus pium extruendi Monaſterij in horto Valerij, elemoſinas ob id ex eo accepiſſe. *Fallitur*, ait Penotus *quandoquidem Auguſtinus ipſe in ſerm. de cõmu. vita claricorum, cum Hipponam acceſſit, tenui ſua paupertate vendita, pauperibus eſt pecuniam elargitus; qui fieri ergo poteſt, vt aſſerat, ſibi non ſatis fuiſſe proprias faculta-*

tes

Digitized by Google

tes pro Monaſterio extruendo ſi pauperibus dederat ſua bona?

Reſpondetur, & hoc Argumentum non difficilem habebit exitum *exitus dicta probabit*; quotuſquiſque.n. hæc tractabit, temperare ſe haud poterit.quin exclamet, oppoſitorem certè falſa tenet opinio, concordibus rectius ſentiētibus ſuffragijs. ex ore tuo te iudico Reuerēde Pater. Veritas enim quandoque ex ore imprudentis, nulla tormentorum vi eruitur, & gratior habetur, iam ergo hinc colligere licet Auguſtini monachiſmum, vel Eremiticum viuendi modum; fatetur ipſe Oppoſitor ex Auguſtini verbis à ſe fideliter allatis, ipſum antequam Hypponam accederet, vt pro clericis monaſterio exædificando operam daret, ſuas Auguſtinus vendiderat facultates, pecunia pauperibus erogata: id quod fratres ſuos vt præſtarēt, ipſo auctore, & preceptore, ritè feciſſe compertū habet: poſtmodum omnes amicos cum Auguſtino vitam cōmunem ducentes approbat. At quęſo, quid hoc eſt niſi conſilia Domini aſſumere Apoſtolicam normam viuendi capeſcere, paupertatis votum ſeruare, ſub vnius Antiſtitis votiua obedientia vitam tranſigere? egregie id ſeruauit Auguſtinus cum fratribus ſuis, priuſquam factus Sacerdos, opus pium aliud aggrederetur moliri pro clericis Hipponenſibus ergo ante Sacerdotium, non laicus dumtaxat, ſed Religioſus, ſed Eremita, ſed Monachus fuit Auguſtinus, nemo eorum, qui nō inſano chri-

ſtianæ

Digitized by Google

ſtianæ pietatis amo[illegible] flagraret, id ibit inficias; ſi ab aduerſæ opinioni[illegible] poſeſſoribus oppugnatum, ex aduerſo ab Auguſtini diſcipulis accerrimè defēditur. bona cum aliorum venia ſit dictum.

Nunc ad difficultatis nodum diſſoluendū. Auguſtini mens apparet non obſcure candidiſſima, cum Epiſcopi Valerij elemoſinas ſibi traditas, non negat pro Monaſterij conſtructione. Auaritiæ vitio laborantem accuſabimus Sanctum Epiſcopum circa opus tam pium? quis credet huic auditui? animaduertit pius Epiſcopus Auguſtinum voluntarie pauperem, opus ſuſceptum, rem gratiſſimā ſuis clericis facturum, quo iucundius Deo inſeruire valerent nequaquam perficere poſſe; liberalitatis ſuæ ſigna non dabit? Auguſtinus vndique elemoſinas conquirit, quas ſibi reliquas facultates, habebat, huic, faciundo Monaſterio donat; oppoſitori minimè tenebatur rationē reddere, ſiquid diuitiarum in commune cum fratribus ſibi reſeruauerat. quod paupertatis voto nō repugnare: Rectè aſſerit Beda venerabilis, Chriſti, & Apoſtolorū producto exemplo, lib. 4 cap. 54. in Lucam cap. 12 quorum vitam ęmulari Auguſtinus cupiebat. Reclamabit huic patrocinio oppoſitor, qui aliorum diſperſa dicta in vnum contra Eremiticam inſtitutionem Auguſtini coegit, & omnium calamis vno calamo pugnauit, certè Auguſtinus diuitijs non valde abundauit. *Neque* inquit *Epiſtola* 89. q. 4.

mihi

mihi imputabitur quia dives non fui: nihilominus Agros, domos poſſidebat: & poſt mundi abdicationem, non nudus, neq; mendicato viuebat: Alij quoq; ſanctiſſimi viri, tum ex proprijs facultatib. tum ex acceptis à fidelium pietate elemoſinis, Monaſteria multa edificarunt: Dum ergo inquit Auguſtinus, *Non enim ſatis fuit patrimoniũ meũ, videlicet* qualecumq; illud fuerit) *non amplum, ſed tenue, ad fundamenta Monaſterij iacienda, ſed ad complementum incæpti operis, de bonis Eccleſiaſticis dedit ipſe Valerius, quod ſatis eſſet.*

§. V.

Vigeſimus primus, vigeſimus ſecundus, erunt Auguſtino verè adſcribendi, immunes ab erroribus. Deo gratias. Sed contra 24. multis modis Oppoſitor noſter reclamat, ac illud de D. Hieronimi Cardinalitia dignitate vt fabellam deridet.

Reſpondetur. Nondum mihi tempero, quin alia quædam ad huius magnifice oppoſitionis querelam, adijciam. In re magni momenti, fabulas, quæ ſingulis ſeculis, ne dicam ætatibus, mutantur, non vendere fas eſt; abſit hoc dedecus D. Hieronimum inter Cardinalium ſenatũ adſcriptum, conſtans ſemper fuit multorum ſententia. Si Onufrio viro clariſſimo ſit adhibenda fides, dicendum, a tempore Cleti & Euariſti Papæ, Cardi-

Digitized by Google

nales cæpiſſe ipſe p tat; etenim hi Pontifices, Romæ preſbiteros ad igiinti quinque numerum auxerunt, vt vnuſquiſq; ſuæ pareciæ terminis diſtingueretur, confuſionis tollendę gratia: Alij porrò Cardinalium originem volunt accipiendam a S. Gregorio Cardinalium ipſorum nomen legitur à temporibus Silueſtri Pont. 300 annis ante Greg. primum, ſic Petrus Clotonus, & Hieronymus Platus de Cardinalium antiquitate: Alij ad Marcelli tempora refferunt, vel Ponciani: At propius accedit ad rem Anaſtaſius Bibliothecarius, ex Damaſo, cui gratiſſimus omnium fuit D. Hieronimus, eumque mirabiliter in re Eccleſiaſtica iuuit: Hic ergo P. Damaſus clerũ cõpoſuit, & diſtribuit gradus: & tunc inquit Panuinius, præſbiterorum Cardinaliũ nomẽ efluxit, vt is videlicet, diceretur presbiter Cardinalis, qui cæteris pręsbiteris pręeſſet: Quod D. Hieronimus pręsbiter fuerit (imo Romanum ſupra nominauit Pater Penotus) quod cæteris eſſet præſtantior, digniſſimus quę Romani omnes venerarẽtur hiſtoriæ de eius vita, amplè teſtantur: *In antiqua Eccleſia* inquit Eugenius 4. ab Azor. relatus tom. 2. lib. 4. c 1. q. 4. *Cardinalium nomen non fuiſse initio naſcentes Eccleſiæ expreſsum, munus tamen & officium à D. Petro Apoſtolo, & eius ſucceſsoribus euidenter inſtitutum:* Si D. Pater Auguſtinus ratione dignitatis & officij eminentioris, Cardinalis, Donatiſtas appellat, lib. 1. de Bapt. c. 6. hoc eſt primarios & principales apud ipſos,

accuſa-

Digitized by Google

accuſabimus modo, eundem Auguſtinum, ſi Cardinalem ſcripſerit D. Hieronimum; quem idem Pater Auguſtinus in Epiſtola ad Cirillum, miris laudibus effert; *Magnus certè*, ait, *in vitæ excellentiſſimæ Sanctitate; magnus in Sapientiæ ineffabilis profunditate; magnus in maioris nunc gloriæ quantitate; cunctorum non ſufficerent linguæ, vt eius excellentiam explicarent*.

Alphonſus Villegas tùm in lib. flos ſanctorum, tùm alibi, ex eo cenſet D. Hieronimum habitum Cardinalem, quòd ei à Damaſo Pontifice, fuerit certa quædam Eccleſia, vel Sancti Laurentij, vel Sanctę Anaſtaſiæ demandata cum cura Animarum: Romæ tandem compulſus eſt vale dicere, quam plurimis, clericorum quorundam, in quorum vitia ſæpius inuectus fuerat, (vt Surius narrat) laceſſitus iniurijs, cum & laici multi, neſcio quid inhoneſti de Sancto, cum Sancta Paula vel vidiſſe, vel audiſſe ex ſubornato maleuolo aſſererent; atq; ſic in Bethelem ſuam reuerſus eſt: quas iniurias, & calumnias paſſus, latè idem Sanctus ad Aſſellam honeſtiſſimam mulierem per litteras ſignificauit. Quod ſi in Epiſtola 61 ad Ioannẽ Hyeroſol. ſcribit, nulli ſe titulo Eccleſiæ adſcribi voluiſſe, eius eſt hæc prædicanda modeſtia: non recuſauit tamen Cardineum perhonorificum onus à Damaſo impoſitum: Dum vero oppoſitor ſcire cupit, ſi alicui Eccleſiæ addictus fuit, quis eum poſtea liberauit? ſemel conſtitutus alicuius Eccle-

Digitized by Google

ſitæ Cardinalis, eum titulum relinquere non permittit ſtilus Eccleſiæ Romanę.

Reſpondetur ſtilus Romanæ curię eius temporis hoc permittebat volenti: quandoquidem Cardinalitia dignitas, non inter ordines ſacros vel minores computatur, vt indelebilem imprimat caracterem, vide Azorium loco monſtrato: quin, ſi Cæleſtino V. ſummo Pontifici, pontificiam dignitatem renunciare placuit, ac noſtro ſeculo, Ferdinandus Medices iampridem Cardinalis, ea ſe dignitate abdicauit, magnus poſtea Etrurię Dux electus: ac alius ex Gonzaga Familia Princeps, rubeo relicto pileo, matrimonium contraxit, quid ergo amplius querit Pater Penotus? quis volenti curam animarum Parochiæ, vel Epiſcopatus dimittere, erit impedimento? Eccleſiam ergo ſibi aſsignatam, potuit D. Hieronimus vel Damaſo, vel eius ſucceſſori, vel Illuſtriſsimorum patrum Collegio remittere, ſibi tanti muneris ſola dignitate retenta, qua Cardinalis haberi poſsit, Baronio, & Penoto repugnantibus, ſed fruſtra. Querenti tandem Patri Penoto à Epiſtolam D. Hieronimo ſcriptam Auguſtino: reſpondendum erit, eã inueniet vbi eſt poſita: vel eam ab Auguſtino petat: qui ſi in mentem ei ueniſſet à Patre Penoto deſiderandam, fortè vt viro ſuarum Epiſtolarum per cupido, aliquando oſtendendam in ſcrinio conſeruare curaſſet iam ergo tandem ſummo cum Philoſopho Ariſtot. in primo de cęlo. contex. 101

& in

& in 3. Metap. 1. Lectorem exquiram, qui ſit Arbiter veritatis, non Aduerſarius.

§. VI.

SEermo 25. *grauiſsimos errores continet.* primum numerat Oppoſitor. *Sanctum Ciprianum ſuum compatriotam vocat.*

Reſpondetur. Pietati, ac æquitati magis conſonum, ſubleuandis hominibus, quàm opprimendis, vel certè accuſandis operam dare: quod pro noſtro inſtituto præſtandum aſſumpſimus: quandoquidem in munimine capitis, totius corporis preſidium eſt conſtitutum: *An parum putamus glorioſè cum phocione mori?* ac Tullius elatè de ſe pronunciabat, *male ſe cum Platone errare; quàm cum alijs benè ſe habere:* Turpe profecto foret, ſequi Auctorem multipliciter errantem; vel ergo Pater Penotus redarguit vocabulum, ly, *compatriotam*, tamquàm barbarum. At meminerit nō omnino à Priaſciani ſchola abhorrere: voces ergo tu carpis? voces ſimplicisſimæ ſunt in ſermonibus Auguſtini, paucas detrahe pro ratione auditorum, vbi Auguſtinus non in Grammaticis, vel Rethoricis Floſculis Lectorem occupat. & quidā ineptus vir, hac de cauſa ſubtiliſsimum Scotum eſt auſus reprehendere; Regracieris 4. ſent. d. 15. q. 2. Truſa 4. d. 12. q. 1. l. h. Briga 4. d. 39. q. l. D.

hęc

hæc leuiſsima, ſi Grammatici rident, Theologi æquiores benignè excuſant. Rem ipſam puto oppoſitorem inſinuare voluiſſe: At non iure; Tagaſta, quæ patria fuit Auguſtino, oppidum non ciuitatem vocat Plinius lib. 5. c. 4. Carthago vrbs Aphricę totius celeberrima & Metropolis, vbi D. Ciprianus fuit oriundus, nomen totius prouinciæ proximis locis tribuit; quemadmodum quoq; Saluſtius affirmat, Hiſpaniam ſuam patriam, cum tamen deſsignato quodam loco fuerit natus. Ciceroni, non Arpinas, vbi traxit originem, oppidulum nullius nominis ferè; ſed Roma nomen dedit: cum itaque Tagaſtenſe oppidum non longè à Carthagine poſitum, Auguſtini patria fuit, Ciprianus Carthaginenſis, errorem tu putas grauiſſimum, dum Auguſtinus ſuum vocat Ciprianum compatriotam? error nullus.

Secundus error. De eodem Cipriano ait. *Cui in omnibus compellor credere, quia per Spiritum Sanctum optimè locutus eſt: cum tamen Auguſtinus multis in locis,* ab oppoſitore demonſtratis, *Cipriani errores quàm plures (modeſtè tamen) reijcere ſit compulſus; quomodo ergo per ſpiritum Sanctum optimè locutus? quomodo illi fidendum?*

Reſpondetur. Moliris igitur tu efficere, ac lepide quidem, vt ab Auguſtino ob hęc diſcedamus? At Theologorum concors eſt ſtatutum, ſanctorum patrum dicta, non ſtatim reijcienda, ſed piè quoad fieri poſsit, pro illorum reuerentia, inter-

præ-

prætanda; dum præſertim exceſsiſſe videntur per exagerationem rethorico modo prolatam; atque ne ſibi repugnare videantur. Nec ſemper omnino recta Pictagorę linea; at Ciceroni cum Platone gratias erratum, quam cum multis rectè ſentire.

Veruntamen ſtemus (vt aiunt) in propoſita materia. *Non quis dicat, ſed quæ dicat,* mouet Socrates *eſse attendendum.* Inibi ergo Auguſtinus loquitur de formatione corporis humani; ac de animæ à Deo creatæ infuſione; attende. Prius ſeminatur homo poſtea concipitur in vulua, & ibi caro formatur; deinde poſt quadraginta dies & ſeptem, creatur anima, & corpori infunditur, ſecndum Sanctum Patrem Ciprianum, *Cui compellor credere &c.* ecce tibi, in quo compellitur Auguſtinus Cipriano in omnibus credere, dic tu in omnibus non ſimpliciter & abſolute loquendo; cui enim non notus error Cipriani, de rebaptizandis pueris ab hereticis baptizatis in omnibus, nimirum, quæ ſupra de formatione corporis dicta legiſtis, quę phiſica potius ſunt; circa quę, pręſertim de Animę humanę creatione, optimè quidem per S. S. locutus videtur, alijs alia & quidem falſa, Philoſophis opinantibus de illius productione: cum alioquin Auguſtinus optime nouerit hominum ingenia; ſcribit enim in Epiſtola 19. ad Hieronimum, *Ego enim fateor charitati tuæ, ſolum eis ſcripturarum libris, qui iam canonici appellantur, didici hunc timorem, honoremq; deferre vt nullum*

eorum

Digitized by Google

eorum Auctorem ſcribendo aliquid erraſse firmiſsimè credam. Alios autem Auctores ita lego; vt quantalibet ſanctitate, doctrinaq; perpolleant, non ideò verum putem, quia ipſi ita ſenſerunt: ac in meis ſcriptis cupio benignum correctorem, hæc ipſe. vt cunque ſeſe res habeat, non puto talem habuiſſe mentis aſſenſum, qualem reſonat verba.

Tertius error eſt in eo quod ait, *Antiquitus Patres in vigilijs ſolitos ieiunare vſq; ad noctem; quod laudandum erat, & non bonum*. Sequitur Oppoſitor, *Vbi reperit quòd non eſset bonum vſq; ad noctem ieiuniare? cum olim ieiunium quadrageſimale vſq; ad Veſperas duceret Eccleſia, & vſus obtinuit, vt prius Veſpere dicātur, poſtea prandeatur.*

Reſpondetur. Itanè obijcis? laudat Auguſtinus ieiunium vſq; ad noctem, inquit tamen, non bonum. Certè non omnibus bonum, ob virium imbecillitatem vſq; ad illud tempus protractum, minus fit gratum: moderata refectio, valdè vtilis dicitur à D. Criſoſtomo de conſecrat. d. 5. c. nihil. Dicitur non bonum, quia pauci ob virium debilitatem, tandiu longum ſuſtinere valent ieiunium. Dicitur non bonum, quia non in vſu poſitum; vnde in toto Canone ieiunium vel quadrageſimale, vel quatuor temporum, vel ſolemnitatū Sanctorum nuſquàm legitur vſque ad noctem deductum. d. 76. de conſecrat. d. 3. d. 3. multis capitibus. Quin? ipſe ſe ſuo gladio iugulat Oppoſitor: Vſus Eccleſiæ habet, vt poſt decantatas

Digitized by Google

tas Veſperas, prandium ſumatur: At vero perſoluta hac Veſpertina hora, nondum nox, adhuc multa lux diei, necdum noteſcit, niſi poſt, expleto completorio; prandiũ in ieiuniorum tempore, à meridie ſumitur, ſeruatur hęc ferè apud omnes recepta, ac frequens cõſuetudo.

D. Thomas de hora qua ſoluere licet ab Eccleſia indictum ieiunium, diſputans ſcribit in 2.2. q. 147. ar. 7. *Eſt autẽ debita, & communis conſuetudo comedendi hominibus circa horam ſextam: & ideo vt ieiunans afflictionem aliquam ſentiat pro culpæ ſatisfactione, conueniens comedendi hora ieiunantibus, taxatur circa Nonam*: rectè ergo ait Auguſtinus, illud non bonum: *A*zorius tomo primo lib. 7. c. 22 narrat, Hebrei ad initium noctis poſt ſolis receſſum, plerũque ieiunia ſoluebant, quod ex ſacræ Scripturæ exemplis demonſtrat. Ne ergo Chriſtiani Hebreos imitari viderentur, dixit *A*uguſtinus non bonum, licet laudandum in antiquioribus Patribus, Hilarione, *A*ntonio, Paulo, poſt ſolis occaſum; ſed hi voluntarijs ieiunijs vacabãt, nedum Eccleſiaſticis, quæ iure Canonico cautum eſt, ne ante Veſperam ſoluamus, lucè diei adhuc perdurante. Viro ergo prudenti, & apprimè docto, ſuperſedendum erat ab erroris hac imputatione (certe nondum aberrem à ianua) ingenuo pudore fretus, quòd in criminibus vberior deſideratur probatio, quàm in laudibus: nec *A*ugu-

ſtinus reprehendendus ſine forti ratione, aut potenti auctoritate depugnandus: ſed erit labor inanis.

Quartus error: *Matre Monica inſtigante, D. Ambroſius, Mediolani caſſauit nocturnas Vigilias, quæ in Eccleſia à fidelibus agebantur ad tollendos ludos & ſaltationes. Contra opponit* Pater Penotus, *Auguſtinum ipſum lib. 9. confeſs. c. de matre dicentem* hæc ad verbum. *Excubabat pia plebs mori parata cum Epiſcopo ſuo ſeruo tuo. Vbi Mater mea Ancilla tua, ſolicitudinis & vigiliarum primas partes tenens, orationibus viuebat*: hæc Auguſtinus.

Reſpondetur. Summus Theologorum Auguſtinus in 3. de Trin. c. 1. liberum correctorem deſiderat, qui nec amore ducatur ſcribentis, nec odio. Oppoſitoris mentem exquirere non licet, prauum enim eſt cor hominis, & inſcrutabili. Dominus illud ſcrutatur, & probat, Ierem. c. 17. quod noſtrum eſt, proſequamur. Controuerſia non eſt de vigilijs illis nocturnis in Eccleſia ſed de ludis & ſaltationibus, de quibus tamen ne verbum habet Auguſtinus & citato loco: De Sãctę Monicę inſtigatione cum D. Ambroſio procedit obiectio, an ipſa inſtigante, mos ille in honeſtiorem fuerit mutatus ritum: audiamus Auguſtinum ab Oppoſitore contra productum: Quid ille? *Dum pia plebs cum Epiſcopo excubabat, Mater mea ſolicitudinis, & vigiliarum primas partes tenens*;

Si illa pia fęmina primas partes tenebat, alij ergo

fide-

Digitized by Google

fideles ſecundam, tertiam, vel quartam partem peragebant: prima pars omnino declaratur ab Auguſtino quæ fuerit, audi, *orationibus viuebat*; Monica ergo in Eccleſia oráte, reliqui nõnulli ſaltationib⁹, & quibuſdã ludis oblectabãtur. At verò quàm indecens hoc, quàm indecorum in Eccleſia præſertim fieri, egrè ferens pia parens Monica, facilè a D. Ambroſio obtinuit caſſationem harum ſic celebratarum vigiliarum, cõmutatione in mentis, & corporis honeſtioris, & tolerabilioris ieiunij: id verò quod ita ſit, præſens demonſtrat ritus Eccleſiæ, e a ſublata conſuetudine, ſolo retento nomine, Vigilia, præcepto militari in quatuor partes diſpartita huc ſpectat Cõcillij Tridentini Decretum, ſeſ. 25. De inuocat. & venerat. Sanct. ſic, *Sanctorum celebratione ac reliquiarum viſitatione, homines ad commeſsationes, atque brietates non abutantur quaſi feſtidies in honore Sanctorum, perluxum, ac laſciuia agantur.* Sed quid immoror? tollitur ſic ſcrupulus, qui Oppoſitorẽ vrgebat. Ad aliud

Verùm quòd caput eſt, videamus, quodq; & nebulonis impoſturam retegit, Sic loquitur Oppoſitor, *ac facit Sanctam Monicã ex Aphrica ad Eccleſiam Mediolanenſem inuexiſse abuſum, deferendo panem & vinum.*

Reſpondetur. Mihi certè, vt verùm fatear, ipſe Oppoſitor videri poſſet Nebulo, quòd Sãctæ Matri effingit abuſum: abuſum non dicit ipſe Auguſtinus lib. 6. corfeſ. c. 2. quem locum contra ad-

fert Oppoſitor, immo matris pietatẽ miratur, & humilitatem: ſed neque ipſa pia mater, huiuſmodi conſuetudinem in Aphrica importauerat; quã ipſa crediderat honeſtã in Aphrica ab alijs catholicis ritè ſeruatam, ſibi non violandam in Mediolanenſi quoq; Eccleſia implere Studebat. Adde: hoc loco citato 6. confeſs. Sancti Auguſtini, nulla fit mentio de ludis & ſaltationibus fieri ſolitis ad matutinas vigilias in Eccleſia: id profectò erat, quod Sanctæ Mulieris mentem contorquere poterat: ac fortè illicita hæc à parum pijs hominibus exercebantur in Eccleſia; quæ poſtmodum cum à Monica religioſa femina reſciuit D. Ambroſius, abſtulit abuſum Monica inſtigante: quam inſuper in Epiſtola ad Ianuarium, & habetur d. 12. c. illa autem. Auguſtinus cõmendat, eo quoniam facilè amplexa eſt à D. Ambroſio traditum morem de non ieiunando die Sabbati: facit etiã quod idem Auguſtinus Ianu. ſcribit, & habetur, quæ contra 8. d. c. quiſquis 41. d. *In hiſque per regiones variantur, diſciplina vlla melior graui prudentiq; Chriſtiano etiam eſt, quam vt eo modo agat, quo agere viderit Eccleſia ad quamcumq; fortè deuenerit. Quod enim neq; contra fidem, neq; contra bonos mores iniungitur, indifferenter eſt habendum, & pro eo inter quos viuitur ſocietate ſeruandum eſt; & ſequenda conſuetudo eorum, inter quos verſamur, ſi alijs nolumus eſſe ſcandalo.* Hæc Auguſtinus ex quo facilè perſpici poteſt, neutiquam culpari debere piam Ma-

trem

Digitized by Google

trem, morem Aphricanum ſecutam;eo remoto, Mediolanenſis Eccleſiæ nouã, & honeſtioreẽ amplexatam conſuetudinem laudari potius. Cæterũ deprauatam conſuetudinem comeſſationum in Eccleſia Corinth. 1. c. 11. damnauit Apoſtolus, *Non habetis domum ad manducandum & bibendum? aut Eccleſiam Dei contemnitis?* Habemus de his egregium teſtimonium Petri, Gregorij Toloſani lib. 13. c. 19. n. 16. *Quidam fraternitatibus, & comeſsationibus ſanctiſq; conuiuijs abuſi ſunt nocturniſq; conuentibus.* n. 17. *Occaſione vigiliarum nocturnarum in ſolemnitatibus, aliquando harum prætextu, multa impudicè comiſſa ſunt clam*: quæ poſtea Eccleſia ſuſtulit iuſtis vrgentibus rationibus: nec ab his diſſentit Baronius loco à Nouatore citato, vt facilè cuiuis *perſpicuum eſſe* poteſt legenti.

§. VII.

Contra 26. nihil profert pater Penotus: ex quo plus ſatis conſpicuè intelligi poteſt & illius Auctorem Auguſtinum fuiſſe, ac reliquorum; quos palmam cedere dedecet aduerſarijs. Contra 27. depugnat ne videatur ſermonem D. Ambroſij de Baptiſmo S. Auguſtini admittere: quem reiecerat toto connatu in propria cenſura. In quo de habitu nigro Eremitico, & coriacco cingulo fit mentio.

Re-

Reſpondetur. Egregiam potius, ac viro erudito, Religioſoq; dignam, optatam q; nauaſſet operam, ſi pro D. Ambroſio pugnaſſet, cuius ſi triplex locutio ſummiſſa, temperata, & grandis ei nota fuiſſet, calamum non tam acriter ſtrinxiſſet, perinde ac ſi proprium ex eo vulnus accepiſſet: Sancti Hieronimi ad Cromatium, & Heliodorum Epiſtolarum, quarũ erat apud quoſdam dubia fides, deffẽſorem ſe prębuit Baronius in Martirologio c. 5. ea potiſſimum ratione nixus, quoniam prædictæ Epiſtolæ iam antiquitus videntur receptę, ac penè temporum diuturnitate pręſcriptæ, habenteq; grauem aſſertorem Vualpidium etemodo à pari, *vbi enim eſt eadem ratio, ibi idem ius* de Reg. iur. at verò ſermo D. Ambroſij de Baptiſmo Auguſtini, ius ſibi acquiſitum depoſcit ex longa temporum præſcriptione, donec de mala fide non iuſtos Iudices perplexos fecit, quorum deffinitiua ſententia ab operibus D. Ambroſij relegatus, appellatione pro ſe omni iure admittendam offert: præſtiterunt idipſum plures melioris notæ ac non inferioris litteraturæ viri doctiſſimi fideliori calamo: Noſtrum quoq; patrocinium iampridem dedimus Italico ſtilo. *S. Agoſtino Eremita, e primo inſtitutore del Sacro Ordine Eremitano:* Quo loci non perfunctoriè tanta res tractanda fuit,: exacta ergo inibi habita actione, ad Aliud pergamus obiectum.

De

De anno præciſè, quo fuit à D. Ambroſio Auguſtinus baptiſmate in Chriſtum regeneratus, controuerſia inter Scriptores habetur à Patre Penoto lib. 1.c.4. demus ergo libenter, baptizatum anno ætatis ſuæ 33. error imprimentis, vel ſermonem deſcribentis, Auguſtino illius Auctori, non eſt iuſte tribuendus: paſſim hoc accidere liquet; præſertim circa numerorum impreſſionem, vbi numerus aliquis, oculorum fugit aciem: difficile quidem hoc quidem factu, ne lineam numerorum tranſgrediantur, ijs potiſſimum, quorum natura eſt incitatior, nec diligenter attendunt. Quam plurimi iampridem in lucem editi libri, hoc quidem vitio nequaquam carent, experientia teſte: quibus tamen nunquam conclamatum ob id, vt in malam rem abirent:

In ſermone 27. audiamus opponentem Patrẽ Penotum. *Præter ſolitos barbariſmos, cuiuſmodi eſt ille; Verba textus. Videbatur denique quibuſdam, ſicut fuit martir ille Sanctiſſimus Doctor Cyprianus, ante Petrum, Judam lauaſſe, volens Dominus prædictum diſcipulum reuocare.*

Reſpondetur. Siſte gradum lectoræ, ac velim me doceas barbariſmum iſtum. Textus non habet, videbatur, ſed videtur. Barbariſmus eſt cõ- Romani ſermonis legem, aut ſcripta aut, pronunciata vitioſa dictio, ſic à Calepino deſcribitur. Sed hic nulla ſcripta inuenitur vicioſa dictio, ergo

Digitized by Google

go non eſt Barbariſmus. minor. cede, quę inibi vitioſa dictio? fortè ly, lauaſſe? pro lauiſſe. Sed Typographus pro littera, i, accepit litteram a, mutatione litteræ, vt olli, pro illi: error momenti nullius, contra integrum Sermonem militat? non eſt ibi dictio vitioſa, ſed littera. Inferius præcipit ſuis Eremitis ſenibus & infirmis, vt vinum, & ceruiſiam bibant, cum tamen Aphricana regio multo abundet vino ad quid ceruiſia? Nimirum, non propriè hic accipitur, qualis in Germania ex fructibus & ordeo madefacto, lupulis & c. componitur, vt vini inopiam excludant. Hortatur verò Sanctiſsimus Pater, ſenes ſexaginarios ſaltem dominicis diebus, vel vinum bibant, vel ceruiſiam, i, ſemiuinum, vinum benè aqua dilutum; quod forte ob maioris aquę copiam, vini relicto nomine, ceruiſia dicebatur: vel erat aliud vini genus minus generoſum, quod vel infirmis, vel pauperibus vtile erat. Ad viuum (vt aiunt) omnia reſecat Oppoſitor, omnia contra hoc opus torquet tela, ne Auguſtinum tandē credatur, quia de Eremitis à ſe inſtitutis tractat, cætera eſto illeſa. Sed vt pro Rege apes apud Virgiliū, Georg. 4. armantur, hunc in modum Eremitę pro Eremitico capite, non impari ſane pugna cum Oppoſitore inſtructiſsimo contendunt veritate comite ac duce.

Sermone

Sermone 37. *Fingit Auctor Auguſtinũ in Ætyopiam profectum, vidiſſe monſtra hominum varij generis, vnum oculum in fronte habentium, aliorum ſine capite oculos in pectore geſtantium: ſed enim hoc repugnat ipſimet Auguſtino lib.* 18. *de Ciuit. Dei c.* 8. *vbi audiuiſſe, legiſſe, non vidiſſe affirmat.*

Reſpondetur. Gratias Patri Penoto habemus; eoquòd Sermones octo Auguſtino relinquat, vbi nec iota vnum, nec apicem præteriuit, nullo deprehenſo errore. Ad rem propius accedamus. Iamq; manifeſtum fit legenti litteram D. Auguſtini ex lib. 16. de c. D. ab ipſo non negari tot monſtruoſa hominum genera. Ibi ergo & domeſtica, & externa exempla, quæ nec vana, nec falſa habet: homines narrat agreſtes, inconditos, difficiles, audaces, impios, qui inſtar imanium belluarum, horribiles habent cõiunctiones: nec ſolus ipſe Auguſtinus hęc refert, adeſt & teſtis Plinius l. 5. c. 8. lib. 6. c. 30. lib. 7. c. 2. Strabo lib. 1. c. 7. Aulus Gellius lib. 9. c. 4. Anſelmus lib, 1. de imagine mund. c. 10. Non ergo Auguſtinus impoſſibilia narrauit. Cęterũ quia difficile foret hæc monſtra videre, conſulto ipſe concludit, credere non eſt neceſſe; ſat eſt, quædam ipſe vidit profectus in Ætyophiam. Quæ duplex eſt, alteram habet Aſia, alteram & quidem maiorem habet ipſa Aphrica verſus meridiem ſi credimus Ioanni Boemo Aubano De

M mori-

moribus Gentium. Strabo lib. 1. Homerum ſequtus ait; *Duplex Ætyopia, alia ad plagam Aphricæ orientalem; Alia ad occidentē*. Quidni ergo potuit homo etiam ſexagenarius Auguſtinus firma valetudine, integris viribus, non longo itinere, Ætyopiam inuiſere? longe maiorem peregrinationem compleuit D. Hieronymus. Fit igitur hoc credibile, ad breue tempus, cum non multa Auguſtinum tenerent negotia in æſtate. D. Auguſtinum à Zoſimo Papa in Cęſarea Mauritaniæ miſſum contra hæreticos, apertiſſime ſcribit Rutilius Brentonius in Pſal. 86. 9. 5. ac ipſemet Auguſtinus idem factum à ſe iter, ſcriptum reliquit Epiſt 157. *Orta eſt nobis neceſſitas pergendi in Mauritaniam Cęſarienſem ibi emeritum donatiſtam Epiſcopum vidimus, quem diſputando vicisse dicit.*

Deinde acerbè inuehit Oppoſitor, cum dicit hic Auguſtinus, *Diuites aut raro, aut nunquam pauperibus Sacerdotibus præbendas, ſed ſibi & vxoribus procurant. Vbi erant præbendæ in Eccleſia Hypponenſi, cuius clerici Canonici in communi cum Epiſcopo viuebant; vt opus fuerit præcipere laicis, ne bona Eccleſiæ tangerent?*

Reſpondetur. Noluit ſenſum Auguſtini Oppoſitor intelligere, vt benè ſcribendo ageret. Auguſtinus hic vetat bonorum Eccleſiæ alienationem: præcipit laicis non eſſe ab eis, ne tangē-

da

da quidem, nedum vſurpanda: Nomine præbendę, vult ſignificare partem aliquam bonorum ſuæ Eccleſiæ, qua laici quidam diuites, Sacerdotibus indigentibus ſuis non tradita, vel alio titulo accepta, frui cupiebant.

Addo, inquit Oppoſitor, *Vbinam impoſtor ineruditus, apud quem probatum Auctorem reperit nomen* prębendæ, *temporibus Auguſtini? ducentis annis poſt Auguſtinum fuit in vſu: loquitur de Eccleſiaſtica, non prophana: tunc ergo non erant præbenda, quia clerici viuebant in communi:*

Reſpondetur. Fide eſt agendum accuratius, & veluti ad lidium lapidem, ad ipſam nimirũ rerum, ac temporum exactam hiſtoriam rationem conferre eſt operę præcium, vt quid verum, quid adulterinum ſit, perfacilè dignoſci queat: *Non erat præbenda tempore Auguſtini Eccleſiaſtica, quia viuebant clerici Canonici in communi*, ita Penotus. Certè id diuinare eſt: Auguſtinus fuit Sacerdos, deinde Epiſcopus, antea laicus, Religioſus tamen Eremita: quando ergo clericis ſub Valerio Epiſcopo, non erat vita communis; ſed illi ſeparatim vitam ducebant, certè dabantur prębendę clericis, & Canonicis pro ſeruitio ab illis præſtito Eccleſiæ Hipponenſi, quas modò diſtributiones appellant, ergo tunc Auguſtini tẽpore, erant Eccleſiaſtica præbenda: Deinde non

M 2 ſtatim

ſtatim Valerio defuncto Epiſcopo, capeſcere vitam communem omnibus clericis gratum fuit; nonnulli enim ex eorum numero (quod inſinuat non obſcurè ipſe Auguſtinus de cõmuni vita clericorum) clericorum, communis inſtituti normam viuendi recuſarunt, ergo pro his dari neceſſe erat præbenda Eccleſiaſtica: interim ergo laicorum diuites aliqui, bona Eccleſiaſtica clericis debita eripiebant, propriæ familię diſtribuenda, id quod reprehendit Auguſtinus; circa quæ laici nullum habent ius, Theſaur. for. Eccl. c. 14. c. 15. Franciſci Leonis; ſed clericis reſidentibus, & rebus diuinis inſeruientibus conceduntur. Non erant præbenda tempore Auguſtini dico, non erant ſuis clericis collata, tamquam diſtributiones quotidianę, ſingulis diuiſæ vt noſtro tempore fieri ſolet. Pro labore & miniſterio ipſorum, erant tamen in communi; ita vt bona Eccleſiaſtica, quibus alebantur in communi clerici illi, præbenda (hoc eſt) clericis danda, non laicis quia Eccleſiæ bona, hoc loco dicuntur ab Auguſtino; de præbendis, fructibus, diſtributionibus, videatur Azorius tom. 2. lib. multis capitibus: præbenda erãt, quę olim Gentilium Sacerdotes, legatis publicè miſſis exhibere tenebantur, cæteriſq; alicuius dignitatis hoſpitibus, ſalem, ligna, panem, vinumq; præbebant teſte Budeo: ſed hæc non Eccleſiaſtica, de quibus Canoniſtæ tractant.

In

In eodem Sermone inquit, *Non licere Sacerdotibus manibus operari ligonizare, ferrum fabricare, & ſimilia. Contrarium ſtatuit Concilium quartum Carthaginenſe, cui interfuit ipſe Auguſtinus & ſubſcripſit, præcipiens omnibus clericis, vt quamuis docti, aliquo artificio, ſibi victum pararent.* Videatur ipſe Auguſtinus de Opere Monachorum.

Reſpondetur. Quoniam famę neglectus crudelitas eſt, cum præſertim non vnus aliquis de media plebe, ſed vniuerſa communitas dignitate minuitur, communi accuſationi ſimplicitaté noſtram libentius defenſioni, quam offenſioni aditum concedere ęquum eſt, vt placido vultu benignus lector videat, quę multitudinem oſtendunt. Auguſtinus ergo occaſione illius loci explicandi, qui Altari ſeruit, de Altari viuere debet, vt dignitati conſuleret ſacerdotali, intulit, dictum Math. c. 26. verum quidem eſſe, ac propterea poſito Domini eloquio, non licere ſacerdotibus manibus operari: hoc autē (attende quamobrem) propter reuerentiam inquit & tanti Sacramenti dignitatem, quid excellentius ab eo proferri poterat? quam certè deceret, in campis præclariſſimi Domini Sacerdotes, terrā ſurſum, deorſum vertere, ſemina ſerere, vineas plantare, campos ſtercorare, Beſtias ducere, reducere, alere: abſit profectò abſit à nobis dedecus hoc: Hoc inquam villiſſimis exercicijs dedi-

tos Sacerdotes noſtros Catholicos, libenter vellent hęretici. At quod diſcrimen à Ruſticis? quàm indecorum, ſi Sacerdotes Domini, ferrum fabricarent, Arma exſtruerent, fierent lanarij, fabri, Sutores, Sartores, Farcinatores, eu apage: tractent fabrilia fabri, Sacerdotibus munus incumbat, Eccleſiaſticis functionibus operam dare, viuant de Altari, Altari ſeruientes, iuxta Eccleſiæ pręſcriptum.

Sed quid ad concilij Carthaginenſis decretum? Nec huic deerit reſponſum. Vide tu quæſo Canonem d. 91. cap. clericus habet ſic, *Sine officij detrimento, artificiolo ſibi clericus neceſſaria quærat*: ſine officij detrimento, hoc eſt quod Auguſtinus habet, propter reuerentiam, & tanti Sacramenti dignitatem: Deinde nota ly artificiolo, quia clericis eſt interdicta mercatura, vt conſtat ex cap. fornicari 88. d. vbi D. Auguſtinus inquit, *Negociari aliquando licet, aliquando non licet: antequã Clericus fias, licet; facto autem clerico, non licet*. D. Hieronymus ibidem, *Clericum negociatorẽ, vt peſtem fuge*. & in cap. conſequens. Gelaſius Papa ſub pęna ſuſpenſionis iubet clericis à negociationibus abſtinere. Dixit ergo Concilium, artificiolo, [illegible] œconomicã exercere [illegible] familiam [illegible], prout neceſſitas poſtulat, [illegible] rem à clerico [illegible], vel ſui ingenij arte elaboratam vẽdere [illegible] interdicitur clericis, vt conſtat ex cap. cler.

cler. de vit. & honeſt. cler. & alijs cap. conceditur, vt exemplo D. Pauli, victum & veſtitum ſibi parent. Cęterum ſordidum aliquod lucri genus exercere, & mendicare, iure prohibentur. c. Diaconi ſunt, ead. d. *Ideo Sacris Ordinibus initiari; nullus debet, niſi vel Beneficium Eccleſiaſticum, vel patrimonium, aut penſionem habeat Regulares ad titulum paupertatis quibus cōmode poſſit ſuſtentari*: cap. nemine c. Sanctorum 70. d. & concilium Tridēt. c. 2. de reform. ſeſſ. 21. for. Eccleſ. Franc. Leonis c. 4. immò punitur Epiſcopus ſiquem ſine his ordinet. Lancilot. inſtit. iu. Can. tit. 26. ex quo Canones illi priores, per poſteriores emendati habentur, ne vilibus artificijs clerici incumbāt, quòd dicit Auguſtinus non licere: præterea ſi Auguſtinus ſubſcribit Concilio manibus laborare clericis præcipiendo, ergo ipſimet clerici Canonici Regulares ſub Auguſtino manibus ſuis ligonizabant, ferrum fabricabant, & ſimilia; hęc tamen Auguſtinus dicit, non licere ob Sacerdotum dignitatem, quibus cum eo ſermone loquebatur. Probatur conſequentia quia pręceptū Generalis Concilij, eò magis vrgebat omnes clericos, Canonicos quoq; non excludendo, etiamſi Doctrina eſſent præditi. Nihilominus dicendū, Canonem eos potiſſimum tangere clericos, qui ad Eccleſiam Carthaginenſem ſpectabant, non reliquos. Vel intelligendum textum, de ijs pręſertim clericis, qui nec Beneficio potiti, nec patri-

trimonio fulti, penſione vel prębenda (quod eſt nomen iuris ſpiritualis, & eſt annexa Canonicatui, quam ſupra Pater Auguſtinus laicos poſſidere vetabat. Lancil. inſt. iur. can tit. 26. nãquæ non eſt connexa, poteſt laicis concedi) paupertate preſſi, ſi victum parare ſibi debent, ad aliquòd artificij honeſti genus recurrere opere pręcium eſt: ac propterea rectè docet Auguſtinus, ſuis Sacerdotibus minimè licere manuũ lucroſum laborem, dum in communi ſecum viuerent parcè quoad ſatis eſſet.

Dum verò Oppoſitor nititur contra aſſerre, D. Auguſtini librum de Operibus Monachorum, vt quid perditio hęc? Concilium de clericis loquitur; Pater, Auguſtinus Sermonem habet ad Sacerdotes ſuos; Oppoſitor extra chorum ſaltat, olijciens de Operibus Monachorum, quippe quibus & ſi liceat manibus laborare, nequaquã tamen ad id tenentur, D. Thom. in Opuſc. 19 & 2. 2. q. 187. ar. 3. D. Bonauentura in libro de paupertate Chriſti: & ante iſtos Pater Auguſtinus ad operandum manibus, eos ſolos obligare videtur, qui antequam Religioſi fierent, eo manuum labore viuebant; ac poſtea ſequi poterant ſine aliorum moleſtia, & impedimento maioris boni, & ne ocio torpeſcerent: cap. 21. prudenter excipit, qui Eccleſiaſtica miniſteria excercerent, quales ſuos clericos par eſt credere; ac ſunt
in

Digitized by Google

in præſentiarum quàmplurimi ; nulli artificio operam dantes, honeſtioribus & ſacris functionibus occupati : illud tandem conſilium datum, non pro præcepto de rigore ſeruando.

§ VIII.

IN Sermone 48. *Inter alia portentoſa, diſertiſſimus, & facundiſſimus orator* Cludit in Auctorem, quem omnino credimus Auguſtinum velit nolit ipſe Oppoſitor, qui ironice ſic loquitur) *In quibus præclariſſimum ſuum ingenium monſtrat. Cadauer ſe vidiſse Cæſaris teſtatur ſic Auctor, ab oſtia Romam reuerſus, in ſepulchro, liuido colore,* &c. Vide tu textum. Oppoſitor putat *pueros & vetulas Romanos non ignorare, illud igni fuiſse olim combuſtum, cinereſq; in vrna repoſitos, vt tunc temporis moris erat, ergo ſit prorſus impoſſibile Cæſaris cadauer, annis amplius quadringentis fuiſse viſum.*

Reſpondetur. quærit Oppoſitor Auguſtinũ capere in ſermone, vndique omnia verſatur. Sed ſine voluntatis aſcenſu, nullum eſt peccatũ. Si patrocinari ſceleribus graue eſt piaculum, tueri innocentem, eximia erit Virtus. Nemo ergo ſtatim Oppoſitori fidem facile adhibeat, antequã & noſtras perlegat reſponſiones. Nullus ſanè æquus iudex, inaudita parte decernit. In primis. hic Auctor de Cæſaris, ſcilicet, primi illius

N impe-

imperatoris, vel Dictatoris haud loquitur.
Vnus nè dumtaxat Cæſar Romæ? vidit Auguſtinus Cæſaris cadauer, ergo Cæſaris Imperatoris? conſequentia non valet à dictione diſtrahente, diceret logicus: fortè cadauer erat magni alicuius viri, diuitis, Nobilis, Senatoris, nuper defuncti. cuius corpus nondum conſumpſerat putredo, nec dum vermes omnino in cineres conuerſum, totum abſumpſerant; tale remanſerat prorſus deforme, quale in textu deſcribitur ibi. Vel alio modo ſatisfacimus ſic. Eodem Cæſaris veluti hereditario nomine gaudebât Imperatores cuncti tùm Romani, tum poſtea reliqui, & noſtro tempore reſonat Cæſarea maieſtas: manſit ergo ſequutis Imperatoribus cognomen Cæſaris & Auguſti, vt ipſi quoq; ad præclara facinora obeunda inuitarentur, ſic Alexander ab Alex. Gen. dier. lib. 1. c. 2. potuit ergo fuiſſe cadauer illud vel Iuliani Cæſaris, cuius corpus Romam delatum in quadam arca aſſerit Platina in vita Damaſi Papæ: vel certè Cæſaris Imperatoris Iouiniani, cum vterque non multis annis antea è viuis deceſſerint, ac tunc temporis ſumptuoſo cultu imperatorum cadauera ſepulcro condebâtur, non igne cremata: horum ergo vnum ab Auguſtino viſum, hiſtorico ordini nihil repugnat. Neque enim credibile ſit, vt ſtatim Auguſtinus apud Oſtia Tiberina nauigâdi tempus nactus fuerit per opportunum in Aphricam, cũ præſer-

præſertim verno tempore Aprilis Mare intumeſcat, ventis, pluuia, aduerſa tempeſtate adeo per multos dies vt ęſtuet, incōmodā ac prorſus periculoſam faciat in remotiſſimas regiones nauigationem : cumq; non longo, ſed breui itinere Rōma diſtet, Auguſtinus tędio affectus, animi leuandi cauſa Romam reuerſus, vidit à ſe in hoc ſermone narrata; quæ ſi in libris Confeſ. tacuit, hoc in ſermone, à ſe habito poſt confeſſionum libros compoſitos, Eremitis ſignificare voluit : nùm fortè in libris confeſſionum, lege aliqua, vel ſuperioris mandato, tenebatur omnia adamuſſim recenſere, ne aliquando culpam incurreret apud Patrē Penotum, qui id vicij poſtmodum attribuit ? ſermo ad Eremitas ſuos domeſticos fratres dirigebatur : librum Confeſſ. 9. Auguſtinus altiori ſtilo conſcripſit : ſermo, vti Epiſtola familiaris habet hanc hiſtoriolam. Confeſ. volumen magnum, præſtantiora profert de Theſauro Auguſtini noua & vetera, quæ ipſe vt ſcriba doctus ſcriptis exarauit. Auguſtinus ipſe hoc videtur fateri, *Expectantes* (inquit,) *temporis tranquillitatem cauſa remeandi in Aphricam:* quin, loquatur ipſe in 9. Conf. c. 8 *Querebamus quis nam locus nos haberet vtilius.* &c: ſi Auguſtinus cum pia matre locum aptiorem querebat, certè aliquo longiori tempore apud Oſtia Tiberina diutius eſt immoratus, vt cōmodo tempore ſolueret, in Aphricam iturus. & c. 10. clarius ad

Digitized by Google

rem propoſitam, ſic habet littera Auguſtini: *Illic apud Oſtia Tiberina, vbi remoti à turbis poſt longi temporis laborem, inſtaurabamus nos nauigationi*: Attende modo, poſt longi temporis laborem, vnde hic longi temporis labor? non niſi quia Roma ad Oſtia Tiberina proficiſcitur: inde tędio incõmodi temporis affectus, Romã rediit, ac à ſe viſa narrat: deinde, maris tranquillitate exorta, ad Oſtia Tiberina reuerſus, tum interea vix intra quinque dies, & nõ multo amplius, decubuit pia mater febribus: & in fine cap. 11. *Ergo die nono ægritudinis ſuæ, quinquageſimo & ſexto ætatis ſuæ, ãno trigeſimo & tertio ætatis meæ, pia & religioſa anima, corpore ſoluta eſt*: Hæc Auguſtinus: ex ijs coniice lector mortẽ accidiſſe non in primo, ſed 2. aduentu ad Oſtia Tiberina, vbi tã laborioſum, ac longum iter inſtaurabat Auguſtinus, & ex quo Sancta Mater, ſenectute, laboribus, itineribus multis confecta, febribus decubuit, ac defuncta eſt. Bellarminium (quoad hos attinet ſermones) nobis aduerſarium, pro fero, qui in lib. De ſcript. Eccleſiaſticis, §. D. Proſper, ſcribit, *Hunc D. Proſperum ad ſuum librum Sententiarum componẽdum, multas ex D. Patre Auguſtino Magiſtro ſuo, ſententias accepiſſe*; quod nec negare audet ipſe Pater Penotus p. lib. c. 32. punc. 1. Argumentor ergo hunc in modum, D. Proſper accepit ab hoc ſermone, ſententiam illam, *Reſpice ſepulcra, & vide quis ſeruus, quis Dominus &c.* Eamq; inſeruit in ſuam

388. neque alibi apud Augnſtinum reperire eſt hanc ſententiam, ergo D. Proſper approbare viſus eſt hunc ſermonem 48. Auguſtini ad Eremitas: quinimò ſermones vndecim præcedentes, immaculati haberi debent pro Auguſtino, cum Pater Penotus ne verbum quidem contra proferat. Laus Deo: quicquid nonnulli ſua litteratura garriant, dum vel nullas, vel non probabiles ſuæ opinionis rationes producunt.

§. IX.

SErmone 57. *Docet, Sacerdotes proprium poſſidentes, poteſtatem abſoluendi à peccatis non habere.* Verba textus ſunt hæc: *Dicit Saluator noſter inter cætera. Qui non renunciauerit omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Qui dicit omnibus, nihil proprium à ſuis diſcipulis poſſideri voluit. Qui quidem poſſidet in terra, remotus eſt à diſciplina Chriſti qui autem non eſt diſcipulus Chriſti, quomodo præſumit ſibi poteſtatem ligandi & ſoluendi? Hæc verò,* ait Oppoſitor. *an ſint tuta in fide, peritis in arte decernendum relinquitur.*

Reſpondetur. Non ſunt hominum ſcripta, velut Dei oracula recipienda; nec illum honorẽ illis exhibendum, qui ſolis ſacris litteris debetur. non enim iurauimus in verba magiſtri, ſed in verba Dei, nec oportet aliorũ ſcriptis ita eſſe adi-

dictum, vt impium ſit, ab eis aliquando recedere, ſic certè loquitur Alphonſus à caſtro p. lib. aduer. hereſ. c. 7. ſi ergo Auguſtini ſermo, errorem fidei contineret, omnino foret iuſto iure abijciendus. Sed abſit hæc labes à tanto viro, hęreſum omnium deſtructore diligentiſsimo. Æqua lance vtamur expendendo quæ opponit Pater Penotus. In primis, huiuſmodi verba in ſermone 57. minime habentur in antiquioribus codicibus, vbi ſermo 57. De vanitate huius ſęculi inſcribitur; Cæterum citata ab Oppoſitore leguntur in ſermone, de contemptu Mundi: vbi porò notandum, neque hunc ipſum ſermonem ſemper fuiſſe relatum inter ſermones ad Eremitas; ſed legitur in Tomo nono (cęteri in decimo) num. 203. non ſub titulo ad Eremitas: Niſi numerum occupet, non 57. ſed 59. fortè ſic in antiquiſſimis. Circumfertur ergo in Tomo 9. & ipſi Auguſtino, nullo repugnante tribuitur non alienus.

Ponderanda eſt modò D. Patris locutio; mãdata quędam affirmat ſpecialia Canonicis, Clericis, & Monacis tradita, non Laicis; nimirum, illud Matthæi, *Ecce nos reliquimus omnia*: Illud Chriſti Domini, *qui nõ renũciat omnibus, quæ poſſidet* &c. *Chriſti Diſcipuli ex Domini mandato, nihil tanquã proprium poſſidebant, licet incommuni* & c. Argumẽtando poſtea ſubſequitur. *Qui aliquod proprium poſſidet in terra, eſt remotus à diſciplina Chriſti*; non dicit

dicit Auguſtinus eſt remotus à fide, vel à Chriſto; ſed ab hac diſciplina videlicet viuẽdi in cõmune, abrenunciatis diuicijs vt proprijs: ſequitur Auguſtinus, *Qui eſt remotus ab hac diſciplina, non eſt diſcipulus Chriſti: qui verò nõ eſt diſcipulus Chriſti, vnde ſibi arogat ligandi atq; ſoluendi poteſtatem?* hac loquẽdi fraſi nõ negat ligãdi, & ſoluẽdi auctoritatẽ ſacerdotibus proprias diuicias habentibus; neq; locutione negatiua procedit ibi Auguſtinus: ſed modò interogatiuo vtitur ſic, *Qui proprias diuitias poſſidet, eſt remotus à diſciplina Chriſti, non eſt eius diſcipulus; qui Chriſti diſcipulus non eſt, quomodo ſibi vſurpat facultatem ligandi & ſoluendi?* quaſi dicat, abutitur, non licet, perperam facit, peccat culpa proprietarij: non dicit, non poſſe peccatores abſoluere, vel abſolutionem fore nullam à proprietario peccatore collatam, ſibi tamen peccat; cæterum claue nõ errante in Sacerdote (vt aiũt) ac nullo obice poſito in penitente, facultas ligandi, & ſoluendi integra eſt. *Attamen ſi aſſeramus, auctoritatem illam eſſe nullam, nec Auguſtinus erraſſet*. Inquit ipſe, *Qui non eſt diſcipulus Chriſti, quomodo ſibi vſurpat*. &c. omnis Sacerdos ritè ordinatus, eſt Chriſti diſcipulus. Quinam non eſt diſcipulus Chriſti? paganus, infidelis, hebręus Sacerdos vero Catholicus, quibuſcunq; contaminatus vicijs, dũ eſt ab ordinario ritè approbatus, poteſt abſoluere: non approbatus, etiam hęreticus in caſu eſtremæ neceſſitatis &c. hæc

doctri-

Digitized by Google

doctrina eſt tota de fide; & peritis Theologis, non in arte, vt loquitur Pater Oppoſitor, decernenda relinquitur: quā ſi ipſe intelligere renuit, nihil ad nos.

Ipſe profectò circa reliquos, quos immunes reliquit ab erroribus, quæſiuit nodum in ſcyrpo, nec inuenit: equum eſt ſanè credere, omnes vel apices, vel iotum vnum non à ſua legis trutina prẹterijſſe, quin ſcrutatus omnia in lucernis; qui ergo ſermones rigoroſo examine præmiſſo, ſalui & integri perſtiterunt, ſuū agnoſcant Auctorem Auguſtinum; vna tamen cum ijs, qui in bello fortiter pugnātes, Auguſtino Auctori palmam deferunt; quoniam egregiè probati elucét, nec dolus ipſorum inuentus eſt apud Eremitas; quorum cū Auguſtino patre, quieté millenariá, & amplius, hoc tempore perturbatam, originé vexatam, gloriam latè longeq; micantem obnubilatam, poſſem inpræſentiarum iuſto dolore, calamo ſtringere; & quæ in aduerſam partem ſunt in lucem prolata, perſequi: quoniam hic eſt opus exurgere, aperto teſtimoniorum, ſcripturarum, rationum pondere, in eos, qui ſecus à veritate ſcripſerint, nihil præter iuſtiſſimam proborum indignationem ſibi comparātes; & quod iamdudum à noſtratibus vel factum, vel certè glorioſè fiet, ab hoc conſilio mihi prorſus omniū minimo, conſulto ſuperſedendum non propte-

rea

Digitized by Google

rea exiſtimaui. Si ſacrę D. Dominici. D. Franſcici, Religiones , plurimas ab inimicis iniuſtiſſimè ſunt paſſe perſecutiones, permoleſtas quidem : quas in ſua Croni. D. Domici narrat Pater Ferdinandus à Caſtiglio. lib. 2. c. 51. 52. 53. 71. & lib. 3. cap. 31. Aduerſarios quoſdam Opera D. Gregorij, Hieronimi, Thomæ & aliorum habuiſſe, hoc idem Auguſtino accidiſſe quid mirum? & *in igne probatur Aurum*.

§. X.

VErùm non fallor, exacta necdum actio habetur: vbi enim opus eſt, ius Religionis tueri eſt neceſſe, ea veritatis ſinceritate, vnde reſultet forte argumentum in eos, qui ſecus ſcripſerunt; & quæ contra in lucen ſunt prolata, aperto teſtimoniorum, & rationum pondere retundere videamur.

Errores ergo irrepſerunt non pauci ad obſcurandum ſermonum noſtrorum candorem, *non negamus* aliqui ergo *alieni ſunt ab Auguſtini accutiſſimo ingenio*, hoc profecto concedendum quid impedit, non fuiſſe impoſitos ab Amanuenſi, quo ſcriptore vtebatur *A*uguſtinus? Verius dicendũ. quid, ſi ab hęretico viro, inuidię cauſa, (vt D. Bernardo accidit), & odij in Religionem, eo modò ſermones fuerint deturpati aliqui additis? ſi di-

O ui-

uinam ſcripturam, ore Domini prolatam, genere vitiorum maculare minimè ſunt veriti, quod conceptis verbis innuit D. Petrus. 2. c. 3. *indocti & inſtabiles deprauant*, ſicut & cæteras ſcripturas, accidere hoc idem Auguſtino par eſt credere; quod & reliquis ſanctorum patrum, atq; aliorum ſcriptis, eueniſſe oſtendit Bellarminus tomo primo Controuerſ. Alphonſus à vera Cruce ar. 7 de Diuor. rectè obſeruauit manifeſtiſſimum errorem D. Ambroſio impoſitum, cum ſuper ad Corin. 1. c. 7. & à Gratiano habetur 32. q. 7. c. vxor. vſq; *facto Diuortio inter coniuges, Viro licere ſumere aliam vxorem*. Cum tamen Matrimonij vinculum ſit inſeparabile. Quoties quæſo ſacra Biblia expurgata? quot addita olim, ac poſteriori luce ſublata à ſacro Codice, tum pro Miſſarum celebratione, tùm Canonicis horis recitandis? ius Ciuile, ius Canonicum, hoc idem fateri poſſent; quin aliorum quorundam ſcriptorum opera, multis mendis, erroribuſq́; reſperſa, noua lux emendatiora dedit: remotis ergo ſiqui ſunt, ab Auguſtini ſermonibus ſpinis, ac tribulis, quod bonum eſt probare, diligentiſſimo ponderatos examine, iuſtiſsimo perpenſos æquilibrio amplactimini; aurum & argentum bonarum virtutum, excuſſa ſcoria, tenete; nec minus nobis beneuola (vt quidam dicebat) eſt Minerua, nec oculi noſtri ſemper cæcutiunt, vt Clemens Alexandrinus aiebat primo ſtromat: Paulus Apoſtulus

factus

Digitized by Google

factus eſt Hæbreis,Hæbreus, Grecis, Grecus, latinus,latinis,vt omnes Chriſto lucrifaceret: pariter magnus Auguſtinus,ſuorũ Eremitarum capacitatẽ imitari ſtudebat, vt faciliori eos negotio inſtrueret per Epiſtolas haſce familiares.

Quæ cauſa fuit, vt minimè fuerit opus de his ipſis in Retractationum libris meminiſſe; tum quia non vno veluti faſciculo ſermones incluſi habebantur;verùm litterarum inſtar familiariũ, ab Auguſtino ad Eremitas miſſos,quidam ex illius Diſcipulis vno integro libello poſtmodum dedit in lucem,appoſito Titulo, Ad Eremitas. tum etiam,quoniam Auguſtino non occurebat quid adderet, quid erroris demeret; quodnam erratum à ſe emendaret hic non habebat: Ac ne illudquoque dicamus,non omnes quos cõſcripſerat libros, vel ipſe Auguſtinus in Retract: recenſuit,nec Poſſidius poſuit; ſed vt inquit Bellarminus in cẽſura Tomi ſeptimi, fieri facilè potuit,vt in tanto librorum numero, tùm ipſe Auguſtinus, tum Poſsidius vnius libelli oblitus fuerit,vt de libro contra Fulgentium Donatiſti.

Nec ab re ſi addamus, non eſſe ſermones noſtros inter Doctrinales (vt ita dicamus) vel graniora Auguſtini opera refferendos; ſtilum habent dicendi demiſſum,per facilem,hortatoriũ, deprecatorium,non ambulant in magnis, neq;

in mirabilibus ſuperſe : deuotionis igniculos prouocãt, caritatis flãmam accendunt, plano virtutum itinere gradiuntur, non alta ſapientes: ſi Tullius eloquentiæ parens, æquabile, ſimplex, & temperatum orationis genus, potiuſquam elegãtem, lautum, diuitem, ſplendidumq́; dictionum apparatum in Philoſopho probandum cenſet, quamobrem tu corioſam illam, ornatanq́; dicẽdi rationem cum Eremitis ab Auguſtino requiris? *Dictionis inaffectata, & incompoſita ſimplicitas, decora mihi videtur*, inquit D. Baſilius. Nuſquam equidem D. Pater Auguſtinus, quam circa ſermones iſtos verum habet, quod ipſe ſcriptum reliquit 4. de doct. Chriſt c. 11. *Bonorum* inquit *ingeniorum inſignis eſt indoles, in verbis verum amare, non verba*. egregium ſanè viri doctiſsimi, itemq; ſanctitiſsimi iuditium.

Caput Quartũ. Ratio cur hos ſermones ad Eremitas à D. P. Aug. compoſitos, aliqui negant aperitur, ſimulq; Auguſtinianæ Eremiticæ Religionis cauſa deffenditur.

§. PRIMVS.

NON nos latet, quod ſtomacum facit; illud eſt, *De Eremitis*. Adeò deformis quibuſdam apparuit Auguſtinus Eremitico habitu indutus, vt ſtatim apage inclamant, oculos auertunt: *De-*

pone

pone inquiũt quod geris; tuũ enim nõ eſt, olim D. Benedictus Spathario aiebat, qui ſe Totilam fingebat. Importuna porrò moleſtia, quæ ne pilum quidem tangit alterius. Quid ad te, ſi Auguſtinus fuerit Eremitarum inſtitutor? iura hic nullius euertuntur; ſit in pace locus eius; ſit æque ei bonum cum Clericis Clericus, Eremita cũ Eremitis; Æquè iucundum habitare cum fratrib⁹ in vnum: habitet in medijs vrbibus cum Clericis, demigret antea in ſolitudinem cum fratribus, vbique erit Auguſtinus ille, *Qui cunctorum conditionibus ſalubriter prouidendo, Eccleſiam egregiè gubernauit.*

Ac copioſius hanc reprehenſionem diluendo, ne temerè, vel arroganter hæc aſſerere, & grauiſſimis doctoribus, quibus nos Eremitæ omnes plurimum deferimus in Domino amantes, detrahere videamur (quod omnino à Religioſo pectore abſit) nonnulla erunt propterea ſubijcienda, quæ ipſe omnium minimus, dolens referre cogor; vt ſi fieri poſſit, perſpicuum fiat, neque ita eſſe, vt libere multa ſcribuntur contra Monachiſmum Auguſtini, ſed iuſta animaduerſione indigere, quamplurima emendanda, cum longe a veritate (pace quod ipſorum dixerim) diſtent. *Pugna pro Patria.* Cato hortatur, Nos pro Patre, *cum obſtinato hoſte, obſtinatè pugnandum*, ſcribit Liuius. *Solis magis emicat ſplendor, cum in ocaſum*

nigre:

nigreſcere conſpicitur. Magnus Alexander, timimidos excitabat milites ea voce frequenti, ac forti, *In Darij exercitu, nihil vobis timendum.*

§. II.

Auguſtinus itaque Monachus Eremita eſſe ipſemet non recuſat; nec ſe Eremitanorum Inſtitutorem negabit. Probatur. Attende lector optime, ſi placet. *Exitus* (vt aiunt), *acta probat.* Bellarminus (hæc que leges, Pater Penotus admittit lib. 2 c 5. n. 7.) lib. 2 de Mona. c 5. Sexto probatur Monachiſmus ex Apoſtolorum exemplo, qui verè primi fuerunt Monachi Chriſtiani, & vitam inſtituerunt cęnobiticam, vbi illis eſſent omnia communia: quod voto ſe ad eā perfectionē obligauerint: quod & affirmat ipſemet D Auguſtinus 17. de Ciuit. Dei c. 4. Quod ab Apoſtolorum exemplo cæperint Religiones, teſtantur plurimi Patres, Euſebius lib. 2 hiſtor. c. 16. D. Hieronymus de viris illuſt in philone. Auguſtinus ſerm de com v cler. 2. Poſſidius in vita Auguſtini. Iſidorus lib 2 offi. c 15. Caſſianus collat. 18. c. 5. ait, Cænobitarum diſciplina à tēpore prædicationis Apoſtolicæ ſumpſit exordium. eod. cap inferius, vocat Auguſtinum Monachum. Inter Monachos numerat D. Gregorium lib 1. Reg epiſt 33 D. Bernardus in Epiſtola ad Guilelmum Abb. vitam monaſticam ab

Apo-

Apoſtolis ductam aſſerit, & addit Penotus, *Quæ à nobis interpretatur, regularis*. Idem D. Bernardus in Epiſtola ad Bonifacium Comitem, Monachū appellat Auguſtinum. Ipſemet Auguſtinus de ſe loquatur. ſerm. 1, de commun. ui. Cler. *Quia hic diſponebam eſſe in Monaſterio cum fratribus.* Epiſtola 60. ad Aurelium. De bono perſeuerant. c. 15. De opere Monachorum ſcripſit, occaſione eos reprehendendi Monachos otioſos, quos pudebat aliquid ſuis manibus laborare. Si in Aphrica (non negat Pater Penotus) ferè vbiq; locorum Monachi rudes tamen, & nimium ſimplices alieni inſtituti, quod perfectiſſimum vitæ genus, ab omnibus credebatur Laicis: cur non etiam eſſe poterant Monachi quidā ex inſtituto D. P. Auguſtini? quam enim facultatem habuere cæteri Aphricani Epiſcopi, Monachos in ſua diœceſi euocare, eandem prorſus habuit Auguſtinus Epiſcopus; vel ſi alius quis Religioſus inſtituit, non minus, immo nullo inferior Auguſtinus.

§. III.

MOnachus propriè is eſt cenſendus, & ſpecificè (vt verbis vtamur P. Penoti) qui monachorum inſtitutionem omnino tenet, emiſſionemq; trium votorum Paupertatis, Obedientiæ, & Caſtitatis. in communi viuendo,

Digitized by Google

rerum temporalium abdicatione præmiſſa: ſed Auguſtinus hæc omnia ritè, & rigoroſè ſeruauit præ alijs; ſiue imitatione, ſiue aliorum exemplo, vt loquitur Pater Penotus lib 1. c. 49. n. 3. quid ergo Auguſtino deeſſe poterat, vt ſpecificè & formaliter Monachus non eſſet cenſendus? etenim videns Auguſtinus horum Monachorum frequentem in Aphrica multitudinem, à viris probis alibi inſtitutam, ſed ſine recta vitæ Apoſtolicæ regula viuendi; ipſe quoq; ne cui cederet, alijs omni titulo præſtantior, ſuos inſtituit Eremitas: ſed religioſiori modò quàm alij, Regulā nimirum iuxta Apoſtolorum normam tradendo, quod alij (vno excepto greco Baſilio) nullatenus fecerant: puncto ſequenti teſtatur Pater Penotus, multos Monachos varijs ex partibus Ægypti, Galliarum, & Hiſpaniarum in Aphricā confluxiſſe; imò dicit, Auguſtinum ſub illius cura, Monachos degentes habuiſſe, ſiue Regulares, ſiue ſeculares: ergo inferamus nos, ſi Auguſtinus habuit Monachos, ſibi ſub illius cura viuebant, quomodo fiet credibile, non eos per Regulæ ſuæ traditionem, meliori modo euexiſſe ad apicem perfecti Monachiſmi, quàm cæteri ante ipſum, nec tali ſanctitate præditi, nec tanta litterarum peritia eruditi? Habuit Monachos Auguſtinus ſub ſuo gubernio vitam degentes; peto, quos Monachos? Baſilij? minimè, Grecus Aphricam non peragrauit. Antonij, Maccarij,

Pa-

Pacomij, Pauli primi Eremitæ? At hi patres nõ cænobitæ, ſed verius Anachoritæ extiterunt, nullam per Regolæ traditionem ſolidam fecerãt inſtitutionem. Ipſemet Pater Auguſtinus in Epiſtola 76. ad Aurelium relata à Penoto, ſe ſub ſua cura confitetur Monachos habuiſſe præter Clericos; & Penotus puncto 4. infert, *non negamus autem, Auguſtinum & rogatum & ſpontaneum, multis Monaſterijs Regulas tradidiſſe*: Si ergo Auguſtinus Monachis regulam tradidit, certè ſuos, fratres, vel Eremitas, vel Monachos (tãtũdẽ eſt enim hoc dicere) non alienos fecit, inſtituit, creauit: tum prçterea quoniam teſte Penoto, *eſſe non poſſunt veri Monachi, ſine certa aliqua Regula*, lib. 1. c. 9. n. 12. *Monachus* (inquit) *aſſumptus ad ſacerdotium, & curam animarum non amittit nomen, & eſſẽtiam Monachi, nec habitum Monachalẽ*. Addo minorem, at D. Auguſtinus fuit aſſumptus ad Sacerdotium, ergo non deſijt eſſe Monachus: *Item aſſumptus ad Epiſcopatum, non extinguitur obligatio votorum* (inquit Penotus) *nec etiã deferendi proprium habitum monachalem*, lib. 1. c. 17. n. 2. at infero Auguſtinus fuit quoq; Epiſcopus, ergo.

Notat autem ipſe Penotus eodẽ p. lib. c. 39. n. 4. ex Baſilio Sirenio lib. indul. & ex Ioanne Caſſiano, *nomen Monaſterij congruentius dici de domo, ſeu habitaculo Monachorum quam Clericorum, vel Canonicorum; quorum domus, non propriè Monaſteria*,

ſed Collegia, vel Canoniæ, ſiue domus Canonicæ in iure dicuntur. Cũ ergo legimus in Poſſidio, D. Auguſtinum Monaſteria inſtituiſſe, verius id intelligendum venit, de Monachis Eremitis, quam de Clericis Canonicis; qui tempore Auguſtini diuites cum eſſent, proprias domus, & agros poſſidentes, non vt Eremitæ paupertate preſſi, nouo indigere videri poſſent Monaſterio ad habitandum; vel certè non omnes, veluti Monachi ipſi egeni.

Hoc eodem lib. 1. c. 38. n. 4. inquit Pater Penotus. *Strictò modo accipiendum nomen Monachi, inter Clericos & Monachos datur ſpecifica diſtinctio; & pro diſtinctis ſemper habiti fuerunt à doctoribus: hoc ergo modo non fuit Monachus Auguſtinus; ſed impropriè, genericè, lato vocabulo.*

Contra. eorum propria eſt conditio, qui cauſam minus veram tueri volunt, vt à veritate coacti, modo aſſerant, modo negant. Ne conſulto igitur diſsimulare videamur, quæ nobis obijciuntur, oblata occaſione in præſentiarum, diluamus veritate duce, quæ ſi ore negari poſsit, mente nequaquam, Ariſtoteles 4. metaph. Nulla vi adhibita tormentorum, plerumq; ex reorum lingua veritas ipſa eruitur per conſultiſsimos Iudices.

Ad rem. Si Clerici ſub Auguſtino viuebant, & in communi quoque ipſorum referentes, ſeculo facta temporalium bonorum renunciatione,

ne,per emiſsionem trium Votorum; à Laicis,domo, & moribus ſeparati ; pariter & Monachi hoc idem præſtabant ; & præſtant omnes noſtro tempore,non Clerici , niſi tunc temporis ; vnde ergo exurgit hæc eſſentialis differentia , ac ſpecifica aſſerta à Penoto? erit profectò aliqua, & accidentaria indumentorum diuerſitate : quæ differunt ſpecificè diuerſam habent naturam: at Clerici,ac Monachi ſęculi illius, moraliter loquendo, ſi in communi vita perſiſtebat , ſi à Laicis eos locus monaſterij ſeparabat ; ſi eiuſdem regulæ erant ęmulatores ; ſi vota eadē Paupertatis,Obedientiæ,& Caſtitatis obſtringebant omnes , tum Clericos,tum Monachos, nullum ergo eſſentiale diſcrimen hic aſsignari poteſt.

Præterea. Si Auguſtinus *Monachus* fuit genericè loquēdo,ergo Propriè,ergo verè, ergo realiter *Monachus*. Et hoc eſt quod volumus. Probatur hoc, quādoquidē Genus ex Porphirio vniuocè prædicatur de ſuis ſpeciebus; propriè, & realiter deſcēdit in ſpecies ſuas,ęqualiter ab ipſis participari ſolet, vt ſcholæ loquuntur. Nomen *Monachi*,genericum eſt, in quo Religioſi omnes per votorum eandem ſolemnem profeſsionem conuenire conſpiciuntur; At verò ſpecie differūt; non eadem vtuntur Regula,non idem eſt omniū habitus, conſtitutiones diuerſæ. Genus non da-

tur à ſpeciebus ſeparatum (niſi Platonicū, quod fictitium quid eſt) ſed in ſpecieb⁹ reſeruatur; fuit Auguſtinus *Monachus* genericè; non certè *Monachus* omnium ordinum, quod eſt impoſsibile, ergo alicuius deſsignati ordinis; nō alterius; rectè hic *Philoſophatur Penotus*, non decuiſſe Auguſtinum, ſe alicui ſubijcere, aliorum regulas viuēdi aſſumere; ergo ſui ipſius inſtituti *Monachus* fuit, Regulam viuendi *Apoſtolicam*, alijs ſuis Eremitis traditam, ritè ſeruando primus, ac alijs prior, iuxta illud, cępit prius facere, & poſtea docere *Actorum* primo.

§. IIII.

ADducit *Pater Penotus* & Bellarminum, de Eccleſiaſticis ſcriptoribus dicentem, fuit *Monachus Auguſtinus* licet nō in ſolitudine, ſed in Ciuitate cum ſuis Clericis *Monaſticam* vitam duxit; ergo inferri poteſt, Clerici ſub Auguſtino *Monacho*, Monachi erant. Ideo inquit ipſe, lato vocabulo ſub nomine *Monachorum*, comprehēduntur Clerici *Canonici*: atq; hęc eſt nuncupatio frequētiſsima, tum apud recētes, tum apud antiquos doctores: id quod ipſe probat multis ſcriptorum teſtimonijs. *Penotus* ergo cum audit *Auguſtinum* nuncupatum à communiter ſcribentibus *Monachum*, ſuo iure interpretari vult, i, *Canonicus*, ſiue Clericus Regularis: pariter & nobis

eiſdem

eiſdem rationib⁹ licebit affirmare dum legimus, Auguſtinus Clericus, vel Canonicus Regularis, ideſt, Monachus, vel Eremita, vel Frater Regularis; *eadem* ſiquidem *eſt via Thebis ad Athenas, & Athenis ad Thebas*. 3. phyſ. hĕt. Ariſt. *vel vbi eadem ratio viget, & quoq; idem ius*, de reg. iur. in 6. idq; eſt nimirum, quod Sixtus 4. in ſua Bulla hac de re data, teſtatur, Canonicorum & Eremitarũ Sancti Auguſtini, eſſe eundem ordinẽ in omnibus, licet diuerſa peculiaria ſtatuta. Ac Nicolaus Papa in cap. preſens 20. q. 3. inquit, *Religioſos Canonicos à Monachorum vita, & conuerſatione, non putari ſeiunctos*. Dum ergo Canonici Regulares, ſimul in vna domo ſub vno capite Auguſtino viuebant, habentes cor vnum, & animam vnam in Domino: omnia poſſidebant bona in commune cum fratribus, profeſsione pręmiſſa trium votorum ſolemni ritu, eandem quoq. regulá ab Auguſtino datam ſeruabant: ſi hoc idem & Monachi ſub Auguſtino ritè pręſtabant ex conceſsis à Patre Penoto: ſi duos hos Regularium ordines ab initio naſcentis Eccleſiæ, Clericorum & Monachorũ ſub Apoſtolis ipſis, extitiſſe aperte ſcribit Pater Penotus, lib. 1. c. 1. hinc equidem ſequitur, vanam prorſus de antiquitate litem à quoquam exagitari ea de re: Vnde ergo quæſo venit in mentem Penoto, nobis Eremitanis pro inſtitutore primo, concedere Gregorium nonum?

Memi-

Meminerit acuſationem, & exprobrationem hæretici Petiliani, qua Auguſtinum ipſum inſimulabat ad illius inuidiam excitandam. Quid ergo hęreticus contra Auguſtinum obijciebat? non equidem ipſam Clericorum inſtitutionem, non ab Auguſtino, ſed à Chriſto Domino olim profectam: Non de Canonicis Petilianus obmurmurabat, de quibus ne verbum quidem: Laicorũ inſtitutum, haud hęreticus odio proſequebatur: Verum peſsimus vir, Monachorum ordinem, Eremitarum videlicet inſtitutionẽ, horum vitæ ſáctitatem moleſtè ferebat: hos potiſsimum conuicijs inſectabatur iniurijſq. affectos, odio habebat, nec ferrę poterat, Audi Auguſtinum lib. 3. cont. Pet. cap. 40. *perexit deinde Petilianus ore maledico in vituperationẽ monaſteriorum & Monachorum.* Siſte gradum lector. Quæ Monaſteria hæretico diſplicebant? quos quæſo Monachos vituperabat? Reſpondet Penotus, omnes Monachos in genere reprehendebat. Bene habet; ergò vituperabat etiam Monachos Auguſtini: ſi alios acuſabat, eo magis ipſos Auguſtinianos. At magis veroſimile, non curaſſe hęreticũ Monachos Pauli primi, Antonij, Maccarij: contra quos inſtituerat Auguſtinus Eremitas, pergebat hæreticus ore maledico, contra Auguſtinianos Monachos, furore percitus arma conuerterat: ſequitur Auguſtinus in textu. *Arguens etiam me,* Ex antecedentibus & conſequentibus, fit iſte legitimus

ſenſus;

Digitized by Google

ſenſus; vituperabat me Petilianus quoque, quia Monachus ſim. nam ſi monaſteria oderat, ſi Monachos conuicijs proſcindebat, inquit *Auguſtinus*, *arguēs etiā me*, videlicet Monachū: et quamobrem arguebat? audi, *Quòd hoc genus vitæ à me fuerit inſtitutum*: hoc, pronomen eſt rei antedictę demoſtratiuum, hoc genus vitæ. Quale nam? Clericorum? nequaquam, hos Chriſtus inſtituit: Laicorum? de his nullum verbum. Canonicorū? hos Auguſtinus non inſtituit, ſed ad meliorem frugem reformauit, inſtitutos primario, inquiunt, à D. Marco ergo ex conſequentibus, textuq; ſermonis? neceſſe eſt interpretari Auguſtinum (niſi grauis & importuna vis fiat litteræ) de genere Monachorum ab ipſo Auguſtino inſtitutorum, qui ſunt Eremitani.

§. V.

A*Ltum ſilentium ab octingentis annis, vbi ſcriptores omnes de Eremitana Religione ſilent, arguit inſtitutionem nullam eſſe factam huius ordinis ab Auguſtino*, inquit Pater Penotus. Huic obiectioni ſatisfaciat D. Antoninus 3. p. tit. 24. c. 14. §. 3. Papa (inquit) *Innocentius* 3. *primus fuit, qui circa ordinem Eremitarum, aliquid ſpeciale fecit: quamquam veriſimile ſit, quod ante eum plures Romani Pontifices, ipſum ordinem fuerint congruis honoribus proſequti: licet propter temporis antiquitatem, & Fratrum ſimplicitatem*

citatem, nihil à nobis ſcriptum inueniatur; quia antiquitus Sancti Patres de priuilegijs, & gracijs ſe minime occupabant, ſimplici fauore ſedis Apoſtolicæ, & Prælatorum ſufficere arbitrati.

Quibus addi poſſet, quod ne quidem aliquid certi habemus de Chriſti Domini infantia, niſi ad annum 12. ac deinceps vſque ad 30. ab Euãgeliſtis. Et tamen verè Chriſtus fuit infans: De noſtra Eremitana Religione, fit mẽtio in corpore iuris c. quorundam de elect. & in c. Religionum de Relig. dom. in 6. Decretal. *Fratres Eremitani Sancti Auguſtini non poſſunt mutare loca ſine licentia Papæ.* Gloſ. in cap. fin. de pactis in 6.

Non ergo tantum ſibi tribuat Pater Penotus, vt cæteris omnibus ſuum præferat iuditium; *Et à ſe ſolo è puteo eductam veritatem quam hactenus ipſi Venerandi Eremitæ* (inquit ipſe, ſed non credendus) *ignorant. Sed optimum vindictæ genus, illatam iniuriam non referre,* De officijs ſcribit D. Ambroſius. cap. Non in inferenda. 23 q. 3 *& glorioſius cenſet* D. Gregorius *iniuriam tacendo fugere, quam reſpondendo ſuperare.*

Nec hoc loco ſilentio præterire licet, quod nouiſſimè omnium, ac verè ſcribit pijſſimus perinde ac doctiſſimus Pater Franciſcus Suarez Ieſuita 4. lib. de Relig. c. 8. vbi n 2. inquit, *Probabilius exiſtimo B. Auguſtinum à principio ſuæ conuerſio-*

nis,

nis, religioſam vitam profeſſum fuiſſe : id non obſcure colligitur ex lib. 8. confeſ. c. 6. & c. 12 & 9. confeſ. c. 1. 2. & 4. *viam perfectionis, & ſtatum continentiæ ſe amplexum deliberato animo Auguſtinus fatetur; qui eſt ſtatus religioſus numero 4.*

Item numero 10. dico ſecundo, *Auguſtinum reuerſũ in Aphricam, priuſquam preſbyter fieret, Monachum fuiſſe, & in proprio monaſterio monachos congregaſſe, & instituiſſe. Quod neruoſiſſime ipſe probat* ex ſerm. 1. de vi. Cleri. *qui non dubitatur eſſe Auguſtini, & citatura Beda, & habetur inter ſermones ad Eremitas:*

Item n. 13. *colligo vlterius* (ait Suarez) *Auguſtinum in illo primo monaſterio, propriam, & perfectam monaſticam vitam inchoaſſe, ac profeſſum cum Fratribus voluntariam paupertatem, & profeſſum vitam communem ad imitationem Apoſtolorum: quod etiã probatur ex ipſo Auguſtino.* 3. lib. con. Petilianum; ex lib. de moribus Eccleſiæ; & de Opere Monach. & in Epiſtola 89.

Item n. 14. *Dico tertio, Auguſtinum pro ſuis Monachis, Regulam illam, quam Eccleſia ſub nomine illius recepit, & probauit, edidiſſe.* n. 17. reiecta opinione, hanc Regulam primo traditam Canonicis regularibus; & 3. ſerm. de vi Cler in quo dicitur traditam illis; quoniam duo tantum ſunt ſer-

mones Auguſtini de vita Clericorum, ſequitur Suarez ſic. *Perſuaſum mihi eſt, Auguſtinum iam Regulam primo ſcripſiſſe pro ſuis Eremitis, & Monachis, qui eo tempore ex vi profeſſionis ſuæ, Laici erant, & ab Auguſtino normam viuendi acceperunt*: id quod etiam Suarez multipliciter demonſtrat. Deinde fatetur, *Poſtquam Auguſtinus presbiter factus, vel Epiſcopus, Clericos ſeu Canonicos religioſos ſibi adiunxit, eandem Regulam ſeruandã illis tradidiſse.* Regula enim indiferẽs eſt, & cõmunis: Antoni. 3. p. tit. 24. c. 14.

Item n. 20. *Dico 4. Religionem illam Monachorũ ita fundatam, & optima regula inſtructam, & auctoritate Epiſcopali probatam, viuente Auguſtino in Aphricam propagatam fuiſse.*

Item n. 21. *omnia monaſteria, omnes Monachos, qui poſt Auguſtinum fuerunt in Aphrica, Sancti Auguſtini Eremitas fuiſse, vt B. Fulgentium, & alios ſimiles.*

In capitolo 7. probabilius putat, *non extinctam hanc Eremitarum Religionem poſt Aphricæ ruinam, ſed perſeueraſse in aliquibus* n. 5. *Dicendum ergo eſt, vnionem illam factam ab Innoc. 4 factam nõ ſolum ex Eremitis Auguſtinianis, ſed etiã ex alijs cuiuſcunq; regulæ, vel nominis eſſent.* Hoc conſtat ex Bulla Alex. 4. de prędicta vnione.

Item n. 23. *Nihilominus dicendum eſt, eandem Religio-*

ligionem Auguſtini quæ antea erat, permanſiſſe poſt reformationem Alex. 4. quamuis in multis rebus immutata fuerit. Nam Concil. Generale Lugdunenſe ſub Gregorio 10. in c. vnico §. ſanè de relig. dom. de ord. Sancti Auguſtini dicitur, *inſtitutum fuiſſe ante Concilium Generale Lateranenſe ſub Inno. 3.* quod habetur in c. ne nimia extra de relig. dom. Alex. 4 anno 1246. triginta annis poſt Lateran. Concil. & totidem annis ferè ante Gregorium 10. ergo nec Innoc. . *Nec Alex. fecit inſtitutionem huius ord. Eremitarum, quæ antea erat deſcendens hæreditario iure ex inſtitutione Auguſtini, & probat* Suarez alijs rationibus.

Item n. 30. *Vt attinet ad approbationem, olim* (inquit) *Epiſcoporum approbatio ſufficiebat: & hanc potuit habere ordo Auguſtini vel à B. Valerio, vel ab ipſo B. Auguſtino* n. 32. *interdum tacita approbatio poteſt eſſe tanta, vt expreſsè equiualeat, & equalem habeat auctoritatem: ſicut de Canonizatione Sanctorum, ſola vniuerſali traditione totius Eccleſiæ, vt in antiquis Religionibus S. Benedicti,* & Baſilij, *in eodem gradu ponenda eſt Religio Eremitarum Sancti Auguſtini vt* in cap. pernicioſam 18. q. 2. *Regula Sancti Auguſtini & conſequenter ordo eius æquè cenſetur ſufficere pro approbatione, & Regula Sancti Ben. & Baſil. Vel adeſt tacita approbatio; quæ ad illum gradum peruenit, vt ſit firma, & recepta totius Eccleſiæ, & iuditio ſummorum pontificum factis priuilegijs. Quæ declaratio eſt ſuffi-*

Digitized by Google

ciens. Adeſt & ſpecialis approbatio Alex. 4. tunc *Inter mẽdicantes numerata, in Ciuitatibus habitare cœpit, eſſe exempta, & ſub ſpeciali ſedis Apoſtolicæ protectione recepta.*

Caput Quintum, quædam Rationes P. Euſebij Coradi adducuntur, & diluuntur.

§. Primus.

SIxtus 4. ſedebat. anno Domini 1473. cum Euſebius quidam Coradus Canonicus Regularis Congreg. Lateran. Mediolanenſis; ingenio acer, ſermone potens, pro defenſione ſui Ordinis aduerſus calumniatores propugnator indefeſſus, ſic Pater Penotus lib. 3. c. 55. & c. eod. lib. 3. c. 11. num. 3. libris editis coram Sixto 4. & Innocentio 8. ordinem defendit, præſertim contra Ambroſium Coriolanum Eremitam.

Ex vnius digiti magnitudine, nota olim euaſit, quanta foret ingens altitudo Polifemi: Calumniatores ergo hic vocantur Eremitæ, dum Patrem Auguſtinum ſuum venerãtur Inſtitutorem; præſertim nominatim Ambroſius Coriolanus vir omni genere doctrinarum peritiſſimus; ac Reuerendiſſimus Generalis. *patienter ſufferre memento* Ait Cato. Plerique omnes ex Canonicorum ordine patres, eam imbibere ſententiam; quam & ſcriptis operibus ſæpe euulgare nõ ſunt

veriti

veriti Auguſtinum Eremitam, & Eremitanorum inſtitutorem affirmare, idem eſſe autumãt, ac ſacri illius ordinis contemptum inducere, illius inſtitutionem perfringere, Canonicorum dedecus dolent; noſtramq́; arbitrantur non tolerabilem inſolentiam. Hinc ſæpe repetitis libellis, piorum animos ad contentionem excitare non deſinunt, vt in hoc non iuſto certamine, præmium illis decernatur, ac ſtet pro eis victoria, Eremitis ab Auguſtino repulſis: anno 1500. prodijt Celſi de Mapheis Veronẽſis Canonici Regularis, Apologia contra eundem Coriolanum: anno 1470. inſurexit Dominicus Taruiſinus item Canonicus, edito opuſculo, Defenſio Canonicorum Regularium contra Eremitas: Item Ioannes Philippus Nouarienſis, ſuo opere, ordo Canonicus. Deinde Thomas Garzonius; tùm Conſtantinus Ghinius. Auguſtinus Ticinenſis, atque alij: Anno tandem ſuperiore, inſigni volumine Pater Penotus. *Neque Hercules contra duos*. Adiuuet nos Deus:

Obtulit ergo Põtifici Sixto 4. & Cardinalium illuſtriſſimo Senatui, bonus ille Pater Euſebius Coradus, libellum: *Annotatio breuiſſima in errorem, Sanctum Auguſtinum ſcribentium fuiſſe Eremitam.* Hic libelli titulus auctoris (dicimus) defenſione non eſt opus, vbi nulla offenſio. Vel titulus ipſe, in fronte gerit apertam calumniam, quæ ſtatim

cuiq; viro probo bilem moueret, qui nõ magnum eſſe aliquid, nec præclarum, opus ſtatim ſuſpicari poſſet eo viſo titulo. Sed peiora non latent. *Comperi* (inquit ille) *Duobus libris, ſcripta falſis ambagibus, nugiſq; profuſa longiſſimis; ac libeat iudicare mendacia, falſitates, maledicta; quæ moribus & fidei ſunt inimica & Chriſtianis. Arietes duo aduerſus oues inſurgunt, cornibus, & vngulis impetunt, vt trucident rectos corde peruerſi dogmatis, vt oculos poſſint obdurare ne videant, & in tenebris quo noluerint ſeducantur.* Clamabo (inquit) Euſebius *non deſinam quouſq; ſpiritus membra tenebit, ne Chriſtianorum ouium ſimplicitas, peruerſis Sacræ Scripturæ interpretationibus, oues oberrare diſpercãt, paſcuaq; venenatæ doctrinæ percipiant. Latratibus infeſtos ouibus hoſtes præmoſtrabo, dentibus cornua petã, illorum cornua, 1, ſeptem concluſiones à veritate alienas, feſtinato demoliar, præmoſtrabo iſta cornua, Chriſtianæ veritati contraria, friuola, omnia falſiſſima, veritate carere.* Hæc ille plenis buccis. Deinde ſequitur ſic,

Sanctitatem igitur veſtram, Pater Beatiſſime, ac Romanorum principum Card. dignitatem, oratum velim, quo dignentur intelligere, quam arenoſum fundamẽtum, ruinam, minas, auctores erroris iſtius duo prædicti, in doctrina Chriſtiana proiecerint; quaſq; ſtipulas ſuperedificare conati ſunt quæ in conſpectu facilis venti ſanę doctrinæ, & catholicæ veritatis ſtare non poterunt, ſed ignẽ cõburẽtẽ vndequaque videntur expetere: quem nemo Pater Beatiſſime niſi ſuo iuſſu, illorum operibus

vt

vt dignum eſt) poterit admouere. Hæc ex ipſo; breui ſed fideliter excerpta.

Sedenim quorſum tanta verborum, iniuriarum, calumniarum farrago? quo tendit mira hęc deſcriptæ proſopopea? quæ cordis tanta moleſtia, qui dolor virum huiuſmodi inuaſit? contra infideles, Apoſtotatas, formaliter & verè hæreticos; quid præterea reſtat obijciendum? Neque Golias ille Gigas, tot contra populum Domini exprobrare maledicta proceſſit. Facilius tamen ab Herculis manibus clauum arripies, quàm Auguſtinum ab Eremitis. Res eſt pro aris, & focis. Pius Æneas, Patrem Anchiſem è flammis, & Troiæ ruina liberum ſuis humeris ſuſtulit.

Prima itaque primum noſtrorum Concluſio fuit hæc. *Sanctus Auguſtinus Doctor Eccleſiæ, & Hypponenſis Antiſtes, verè fuit Eremita, indutus nigra cuculla, & cinctus cingulo pelliceo.* Contra. inquit egregius iſte Euſebius. *Concluſio eſt falſiſſima; quoniam vbi non Eremus, ibi non Eremita: ſed Mediolani non erat Eremus. Ergo Auguſtinus non Eremita.*

Reſpondetur. Videre illum videor ante pedes Chriſti Vicarij tanquam canem (canem hoc libello ſuo ſe nominat) actum in rabiem, Regiam Aulam Pontificis latratibus perſonare: euge euge, auribus noſtris rem falſiſſimam audiuimus.

Bla-

Blaſphemauit Ambroſius Coriolanus, quia affirmauit D. Auguſtinum Eremitam, quid adhuc egemus teſt. bus? reus eſt mortis. Sed ſaltem operepræcium erat viro doctiſſimo, Logicam ſciuiſſe, cuius ea eſt ab Ariſt. in Prioribus tradita regula, ne fiat ſillogiſmus ex tribus negatiuis; vt ibi, *Non eſt Eremita vbi non datur Eremus: ſed Medoilani non ſunt Eremi, ergo, Auguſtinus non fuit Eremita*: Si Rogizatio vitioſa, animo parta inquieto. Deinde expendamus quantum ponderis habet. *Mediolani non ſunt remi, ergo Auguſtinus non Eremita*; perinde ac ſi Auguſtinus ipſe, Mediolanenſis fuerit: Vel quaſi Auguſtinus, Mediolani fuerit ſemper commoratus, nec in Aphricam, vbi oriundus, reuerſus, Mediolani ſuos dies clauſerit. Quàm friuola argumentatio, Hieroſolimis non ſunt Eremi, ergo D. Ioan: Baptiſta, Eremita non eſt dicendus immo, *Joannes Baptiſta* (ſcribit D. Hieronymus 4. Epiſtola ad Ruſticum) *Sanctos habuit parentes quorum affectu nec vincebatur, viuebat in Eremo, oculis deſiderantibus Chriſtum &c.* Ipſe Auguſtinus ſuo loquatur ore veritatis; 8. Confes. cap. 6. *Erat Monaſterium Mediolani plenum bonis Fratribus extra vrbis mœnia* (audiat Pater Euſebius) *ſub Ambroſio nutritore*: audiſti?

At ſaltem Oppoſitor iſte acerrimus, D. Auguſtinum, quē omnino ſuum facit, legiſſes in libro de Morib. Eccl. quem ſtatim à ſuo Baptiſmo

dum

dum remearet ad Aphricam, Romæ conſcripſit: vbi cap. 31. ſic loquitur, *Nihil de ijs dicam, qui ſecretiſſimi penitus ab omni hominum conſpectu, pane ſolo & aqua contenti, diſertiſſimas terras incolunt, perfruentes colloquio Dei &c.* quem locum, Bellarminus amplificat in procemio de Monachis, eoq; vtitur pro Eremitis. Quòd verò de Eremis in ditione Mediolanenſi D. Pater loquatur, recurre tu ad cap. 33. *Dum eſſem Mediolani, vidi diuerſoria ſanctorum non pauca, quibus vnus presbyter preerat vir optimus, & doctiſſimus: fælix certe vita Deo ſeruientium, quæ habitaculis ſegregata. &c.* Hæc ergo à multitudine gentium. Separata loca, Eremi inſtar habebantur: præterquam quod extra Ciuitatis mænia, quot Religioſorum domicilia? Simpliciani viri ſanctiſſimi legatur hiſtoria; vt Eremita, vt Monachus non Mediolani morabatur. Quo cum D. Auguſtinus poſt ſuum Baptiſmum per annum, & amplius fuiſſet conuerſatus, vt ab eo edoctus Chriſtianam Religionem arctius amplecteretur, recto hiſtoriæ ordine ſequitur, ſi anno ętatis ſuæ 30. fuerit à D. Ambroſio Baptizatus Mediolani, D. Matris Monicæ mortem anno 33. ſuæ ętatis incidiſſe, quod ipſe affirmat libro 9. Confeſ. c. 11. & Poſſidius in vita Auguſtini narrat, ipſum agentem annum ſupra trigeſimum, ſuſcepiſſe Baptiſmum; ac de quibuſdam menſibus ſupra 36. annum intelligendum eſt. Conſonat quod legitur in offitio pro-

R prio

Digitized by Google

prio, Baptizatum circa annum 30. Cum vero in 3, lib. *Academiorum* cap. 20. *Auguſtinus* cathecumenus, ſe annum agere 33. ſcribit, cum tres illos libros ederet, duplex habet reſponſum; ab impreſſore pro littera, o, additum numerum 3. ſatis imprudenter, vt paſſim fieri ſolet. Vel quod magis credibile, auctum numerum ab hæretico Eraſmo, ne inde fieret conſequens, *Auguſtinum* Monachum fuiſſe. Philippo Melanchthon hæretico opponenti, quod *Auguſtini* tempore, vel non eſſent Monaſteria Monachorum, vel omnino libera vt Laicorum Collegia, opponit Bellarminus, lib. 2. de Monach. c: 6. ipſum *Auguſtinum* in pſal. 75. dicentem, *Nemo poſitus in Monaſterio Frater dicat, recedo de Monaſterio: neq; ſoli qui ſunt in Monaſterio peruenturi ſunt ad Regnum Cælorũ, & illi qui ibi non ſunt, ad Deum non pertinent; reſpondetur enim illi non vouerunt tu vouiſti*. Ecce Monaſteria ecce Fratres, ecce vota &c. Hæc antiqui patres adumbrarunt, Chriſtus conſuluit, Apoſtoli coluerunt, Sancti adamarunt; & clariſſimi ſemper ſunt habiti; Paulus, Antonius, Maccarius, Baſilius, Auguſtinus; & qui Bellum Monachis & Eremitis excitauit, Eccleſiæ hoſtis, & hæreticus intelligi facilè poteſt, & quàm ſit proiectæ audaciæ, hęc Sanctiſsima Monaſtica inſtituta, Deo gratiſſima, & populo vtiliſſima, obfirmato animo improbare, & iniurrijs lacerare, nemo eſt

qui

qui non videat, dum aduerſarij conſilia cogitarunt quæ non potuerunt ſtabilire. pſal. 20.

§. II.

SEcunda Concluſio. *Auguſtinus doctor Eccleſiæ fuit verus inſtitutor, & fundator ordinis, qui dicitur ordo Eremitarum Sancti Auguſtini, & verus Frater eiuſdem: quæ probatur tum ex ſermone Sancti Ambroſij de Baptiſmo Auguſtini, tum ex ſermonibus ad Eremitas. Hæc Concluſio,* exclamat Pater Euſebius, *eſt falſa, improbabilis, contra opinionem totius Eccleſiæ, contra ſanam doctrinam, contra determinationem Eccleſiæ, ac proinde etiam hæretica.* Probat id tribus medijs, prout ex ſuo multiloquio hinc inde nõ difficile colligi poteſt; primo ex ſcriptura, quia *Non legitur, quod Auguſtinus fuerit Eremita, niſi ex ſermonibus mendacibus ad Eremitas falsò ipſi Auguſtino attributis. 2. Si Eremitas inſtituit, certè per traditionẽ alicuius Regulæ; ſed Auguſtinus non Eremitis, Canonicis Clericis vero ſuam tradidit Regulam iuxta Apoſtolicam formam viuendi. ergo. Tertio arguit ex veſtibus, etenim Auguſtinus birrum, Rochetum, clericorum habitum deferebat, non Eremiticum. ergo*

Reſpondetur. Æquiſſimo animo hæc maledicta, hominis Religioſi ferre eſt opus ex Domini conſilio, Beati cum maledixerint vobis homines, & dixerint omne malum, Math. c. 5. finga-

mus nos longius ire, vt virum multa laude præſtantem, placabilem faciamus, vel auctoritatib⁹ vel rationibus aliquando cedat, & habitum Eremiticum in Auguſtino non dilaceret, & quæ de illius pro Eremitica inſtitutione aſſerimus, veritate ſuffulci, nō detrectet; ac tandem deſinat Eremitam Auguſtinum tantopere exagitare, ac inſectari; noſq; Eremitanos ab Auguſtino inſtitutos, magno ſupercilio deſpicatui docere ceſſare dignetur.

Ad argumentum. Non legitur, non dicunt Doctores, Auguſtinum Eremitarum auctorem, ergo: ſed argumentatio negatiua, iampridem à ſcholis exulauit: Non legitur in principio Geneſeos, Angelorum à Deo facto creatio; dices tu, ergo non dantur Angeli. Theologi in 2. Sent. te redargutum irridebunt. Præter octauam Spheram, non nouit Ariſtoteles cælū Chriſtallinum, neq; decimū orbem, quem tamē peritiores Aſtrologi admittunt. Non legitur in Sacro Euangelio excomunicationis cenſura, nec aliarum, nihilominus ſacri Canones eam, & meritò magnifaciunt. Non agnoſcunt Patres Canonici Regulares Auguſtinum Eremitam, quid ad nos? ludimus nos, an ſerio rem agimus? agnoſcunt nihilominus Eremitę Patres, ſanctitate, doctrina non inferiores; cumq; vt primum venerantur inſtitutorem, non alium quempiam: o, inquit Oppoſitor, *Non*

inſtituit

inſtituit Auguſtinus Eremitas, dando regulam, ſed pro Clericis. Magni momenti negotium facceſcit, An fortè neſcimus, non omnes Religioſorum ordines à ſuis inſtitoribus, regulas proprias accepiſſe? D. Antonius multorum religioſorum Pater, quam ſcripſit Regulam? vbi regula Sancti Ioannis Columbini, Ieſuatorem fratrũ inſtitutoris? nonne pręclariſſimi Patres Prædicatores, Beatiſſimę V. M. fideles Seruitæ, Religioſiſſimi Patres Societatis Ieſu, Auguſtini Regula bene, beateq; viuendi vtuntur? nec D. Dominicus, nec Beatus Philippus, neq; vir Sanctus Ignatius, ſuis alumnis propriam regulam tradidere, ſed Auguſtini non à Canonicis Regularibus, ſuum mutuatus eſt habitum Religionis Sanctus Dominicus, vt non verè teſtatur *Pater Penotus*, ſed à B. V. M. accepit. Vidi illius cronicon Vnde quæſo tu Patèr Euſebi, diuinare potuiſti, non Eremitis, ſed Clericis datam Auguſtini regulã? hoc tibi ſoli fortaſſis *A*uguſtinus reuelauit? Dicis, ſcriptam pro Clericis. *P*eto, vel pro Clericis omnibus in Eccleſia Chriſti miniſtrantibus? & hoc profectò non eſt aſſerendum, quandoquidẽ quàm plurimi Clerici ſeculares, regulæ Auguſtinianæ non inhęrent. Vel eam dedit Auguſtinus ſolis Clericis ſub ſua cura degentibus? At uerò olim illi omnes dormierunt ſomnum ſuum, ad diem iudicij reſurrecturi: vel eam dedit generatim Canonicis Regularibus dumtaxat ſeruandã?

neque

neque rectè hoc dixerimus, vbi nam dictio illa exclusiua, tantum, vel ſolis, dumtaxat? fortè Auguſtinum appellabimus perſonarum acceptatorem? immo ipſius regula, ſanam, catholicamq; doctrinam patefacit, adeoq; iuxta normam conquadrata eſt, Apoſtolicam, vt omnibus omnino Religioſis omnium ordinum, per vtilis cenſeatur: quam communem vtilitatem, omnib: quoq; Religioſis afferre poſſunt; quos Auguſtinus ad Aremitas conſcripſit ſermones; verè pios, non mendaces, non inutiles, non igne concremādos, vt qui eorundem ſpiritalem fructum, vel contemnere ſe ſimulant, vel oſcitanter percurrunt, illorum profectum non aſſequuti dictitant: quoniam in dicendo ruũt, impurè, impropriè loquntur; idcirco diem illis continuo dicunt violatæ latinitatis: quæ tamen vtcunq; tolerari poſſet, ni de habitu Aremitico Auguſtini haberetur mentio; quod eſt tertium Oppoſitoris argumentum.

Verùm ex Poſſidio in vita Auguſtini, quomodo habitum Canonicum, non Aremiticum oſtēdere queat, non videmus. Hęc enim illo de Auguſtino narrante, *Veſtes eius, & calceamenta, & lectualia ex moderato, & competenti habitu erant: nec nitida nimium, nec abiecta plurimum*; tam Aremitarũ quam habitum Canonicorum interpretari poſſumus. Nec ex ipſius Auguſtini verbis, tùm etiam à Patre Penoto allatis, vel in ipſa ſtatim

ad

ad Lectorem Epiſtola, cum Auguſtinus de habitu ſuo loquens ſermone 2. de com. vit. cler. ait. *Modò dicturi ſunt homines, quia inueni præcioſas Veſtes quas non potuiſsem habere, vel in domo patris mei, vel in illa ſeculari profeſſione mea: non decet: talem debeo habere, qualem poſsum, qualem poteſt habere presbyter, qualem poteſt habere decenter Diaconus, & Subdiaconus, talem volo accipere, quia in communi accipio. Si quis meliorem dederit, vendo; vt ſi veſtis eſſe non poteſt communis, pretium veſtis ſit commune.* Hæc Auguſtinus: ex quibus, exultant, ac ſibi victoriam reportaſſe arbitrantur, ſe feciſſe Auguſtinũ Canonicum ex ipſorum veſtiario.

Reſpondetur. At nihil minus. hic locus, quodnam fuerit Auguſtini conſilium, ac vitæ communis inſtitutum, humiltas, & benignitas in Fratres ſuos, perbellè profitetur. alios ſiquidem ſublimia, illum vulgaria, & humilia delectabãt: Veſtes præcioſas, aut vendebat, aut à ſe pellebat, è communi penu humile veſtimentorum genus præcioſis anteponebat, ac cõmunẽ cum Subdiacono, Diacono, & presbytero veſtem Auguſtinus accipiebat: Sed dicatis amabò, Auguſtinus nonne hęc ſcribens, erat Epiſcopus? certè quidem. eius ergo Epiſcopatus Veſtimenta, nihil ne a reliquis diſtabant Clericorum? quis credat, eadem omnium tum presbyterorũ, tum Epiſcoporum tunc temporis fuiſſe indumenta? niſi quis errorẽ

à patribus damnatum reuocaret, nihil à ſimplici ſacerdote, differre Epiſcopum, quod falſiſſimum eſſe oſtendit Bellarminus de Sacram. ord. paulo ſupra dixerat Auguſtinus; *Offeratur mihi birrum præcioſum, fortè decet Epiſcopum, quamuis non deceat Auguſtinum.* Attende modo. Si Birrus, vel Birrum, ſit ea veſtis alba, quam dicunt, Rocchetum, & volunt eſſe veſtem Canonicam eſſentialem vt ipſi loquuntur. Birrus ergo decebat Epiſcopum; at neq; abſolute, ſed ſub dubio inquit, fortè decet Epiſcopum, qui reuera in Eccleſiſticis functionibus eo vti debet. Sed ait preterea, *Quamuis non deceat Auguſtinum*. Reddit rationem, ideſt, *Hominem pauperem &c.* Vide ergo quod Auguſtinus declinat, & à ſe abijcit potius huiuſmodi preciosā veſtem, ſibi minimè aptam: At quis non videat, quænam ſit in prætio maiori, ac ditior veſtis; Eremitarum ne præſertim vilis, ferè nullius precij, fuſca, oculis iniucunda: Canonicorum verò, triplex, videlicet, palliū nigrum, oblōgum, Rochettum albi candoris affabrè aptatum, altera ſimiliter ex ſcotto alba; quę indumenta vt præcioſiora noſtris, tum & pluri prætio empta. Illa ergo vulgaria, & viliora, Auguſtino erant in prōptu poſita: quibus tamē Canonicis veſtibus, ſi quando Auguſtinus Epiſcopus induebatur, nō repugnamus nos: ſed non negandus ergo à vobis item Eremita nondum presbyter.

Quod

Digitized by Google

§. III.

QVod item ad noſtram Eremiticam attinet inſtitutionem; ex teſtimonio apertiſſimo, & omni exceptione maiori, totus eruditorum conſenſus, non à nobis falſidicis decepti falſa doctrina homunculi, vt temerè nimis abloquitur P. Euſebius ad Lectorem, deducet, nimirum B. Auguſtinum Monachos, ſiue ſuos inſtituiſſe Eremitas: Videte quæſo, & diligenti indagine perpendite, quas tota Eccleſiaſtica multitudo omniūq; religioſorum ordo, in feſtiuitate D. Patris Auguſtini, & ipſe Pontifex lectiones recitat: pri. lectio. *Reuerſus poſt baptiſmum in Aphrica Auguſtinus &c. quo tempore, familiam inſtituit Religioſorum; quib. cum victu communi, eodemq; cultu. vtens. eos ad Apoſtolicæ, vitæ, doctrinæq; diſciplinam diligentiſſime erudiebat.* Tria hic habentur extra quęſtionem. Auguſtinum religioſorum familiam inſtituiſſe. Nūc quęrendum. quorum nam Religioſorum familiam inſtituit? Laicorum? nequaquam; hi etenim licet viri probi, Religioſi tamen non habent. Clericorum fecit inſtitutum? minimè, hos nō Auguſtinus, ſed Chriſtus inſtituit: ſed neque Sacramentum ordinis ſacri miniſtrare ſimplex Auguſtinus ſacerdos poterat. Canonicos Regulares inſtituit? at qua licentia; qua poteſtate, qua item iuriſdictione, ſimplici Sacerdoti competit Canonicos inſtituere? id officium ad Epiſcopum

ſpectat. Inſtituit Auguſtinus Religioſos, cedo, quos? D. Baſilij, Antonij, Benedicti, Religioſos fortè inominatos? nequaquam. Clericos Canonicos iam olim D. Marcus inſtituiſſe fertur, atq; hoc atteſtatur Eugenius 4. ſummus Pontifex: cauſam ergo nullam dicam, quin alij hac de re preclarè ſentiant, nos Eremitas deſipere credãt; illi conſideratè, illi ſapienter, illi verè: nos verò vaticinari atq; inſanire, quos vti ignobiles, pauperes Eremitas, perinde ac rudes, ſeuera ac torua quodamodo facies ita deterret, vt ad Auguſtinũ parentem noſtrum accedere nequaquam audeamus. Qui cum ſua à ſe inſtituta familia, eodem victu communi, eodem & cultu vtebatur (quod erat alterum caput) vt modo in more poſitum eſt apud quoſq; Religioſos, nedum Clericos Canonicos: cumq; tertio loco dicatur, eos ad Apoſtolicæ vitæ, doctrineq; erudebat, Regula Auguſtini innoteſcit, nonminus Canonicis ipſis proficua, quam ab Eremitanis diligenter obſeruata.

Hæc ergo quæ verè ſcripſimus (vt qui parum ſunt amici, aut moleſti nobis eſſe deſinant; aut, quod ex corde cupimus, ſocios ſe nobis Sanctiſſimi Patris Auguſt. adiungãt) falſa nè, mendacia, impoſſibilia Euſebio Corado videri poſſunt? circũforaneam quãdam, hauſtamq; de triuijs, ac circulis doctrinam putat, nullo modo in populum diuulgandam? Eremitas nullatenus in

Augu-

Auguſtini familia admittendos? quæſo comprimat vocem latratus, ſtultitiæ potius atq; inuidétię indicem: vtq; adeò hæc tota noſtra diſceptatio, melius diiudicetur, opere prętiũ eſt perſcrutari non indiligenter, an hæc in hęreſim prolabantur, veluti apertè ac ſua licentia pluſquam poetica, inſimulat Oppoſitor: Abſit, abſit hoc à nobis dedecus, Deus à Catholico quoq; pectore auertat; Hęreſis ergo, fateri Eremitam Auguſtinum, & noſtri Inſtitutorem? euge euge audierunt cum tremore aures noſtrę: quis huiuſmodi horribilia, paciéter ferre queat? mirabatur olim, inquit D. Hieronymus, orbis vniuerſus ſe Arianum eſſe: non contremiſcet ſacra Auguſtiniana Religio, ſanctus ordo Eremitarum, inter Catholicos in facié vniuerſæ Eccleſiæ, hęreſim omniũ errorum grauiſſimam, ac non tolerabilem làbẽ turpiter profiteri, proh dolor, quam inimicus homo ſeminauit zizaniam?

Quæſtio de B. V. Mariæ conceptione, tot ſeculis ante nos, ſuos habuit præſtentiſſimos patronos; neutra opinio ab altera non modeſtè confutata, vel Virginem aſſerendo cum originali conceptam, quã tuebatur D. Thomas; vel omnino abſq; huiuſmodi macula, vt Scoto placuit; ſeſe intrà modeſtię cancellos continebat, donec Sanctiſſimus Paulus V. Pontifex, modum loquẽdi ampliorẽ pro B. ac immaculata V.M. adhibuit;

quem & amplificatum magis explicuit Gregorius XV. De Auxilijs diuinis Cōtrouerſia plurima grauiſſimorum virorum excitauit ad vtrāq; partem ingenia: Non plus vltra decreuit Sanctiſſimus Vrbanus VIII. De re noſtra verò, vbinā ſacra Scriptura ſermonem habet? oſtendātur ſi extant pontificiæ conſtitutiones, ſedis Apoſtolicæ Decreta, ſi litem hanc aliquando vel contra Eremitas, vel pro Canonicis decernant. Dum ergo nulla hactenus emanauit diffinitiua ſententia ab Apoſtolica ſede, & nobis quoq; Catholicis Eremitis, liceat in noſtro ſenſu abūdare, vt filios Patri Auguſtino obſequentiſſimos, originis noſtrę iura iure concedere, ac noſtrum inſtitutorē primū venerari. In illius laudatiſſimā Eremiticā ſodalitatem, dedimus nomen, ſingulare ſtudiū noſtrum conſeruandæ veræ, ac Catholicæ Religionis, & aduerſus eos, qui illam vlla ex parte labefactare conarentur, vel effuſo ſanguine elucet; alioquin vitam nobis acerbam, atq; inſuauem quiſq. noſtrum duceret, & planè oſtēderet mortem à ſe, vt D. Paulus ait, in lucro poni, ad omnē hæreſis peſtem è medio tollendam.

§. IIII.

QVod autem quaſi firmamentum deffenſionis ſuæ ponit Euſebius, hęreſis diffinitionē ex D. Auguſtino depromptam ex 5. Confeſ. *Cum*

virum

virum Chriſtianum quempiam factum , & aliud pro alio ſentientem audio, patienter intueor: nec illi obeſſe video quando de te Domine non credit indigna: obeſt aut plurimum, ſi hoc ad doctrinæ pietatis formam pertinere arbitretur, & pertinacius affirmare audeat quod ignorat, hoc erroris eſt proprium, credere ſcire quod neſcias, & pro vero falſum aſſerere.

Næc Oppoſitor ex Auguſtino ſed quorſum hæc? quomodo ad rem faciunt? probroſa res, ſuperiorem ac victorem velle videri clamoribus, latratibus, iurgijs, arrogantia. Glorioſum eſt magis vinci, id enim dare locum iræ eſt, vt Apoſtolus iubet, ad Roman. c. 12. amare Fratrum concordiam, diligere pacem, humilitatem, non nodum in ſcirpo quęrere: Non imitandos putamus malos medicos, qui alienos morbos ſe curaturos profitentur, ſuos curare neſciunt. Auguſtinus ergo, eo loci nihil habet contra nos, de Deo enim non credimus indigna: non pertinaciter credimus ſcire quod ignoramus: nec falſum pro vero vendimus; ſed quæ verè ſcimus de Auguſtino, annunciamus liberè.

Quia tamen difficillimum eſt ab Oppoſitore hanc exquirere conditionem, propterea adducenda eſt in medium cum ipſo, alia de hæreſi, & hæreticis locutio, ex D. Auguſtino in lib. de vtilit. creden. dicente, *Hæreticus eſt vt mea fert opinio, qui alicuius temporalis cōmodi, & maxime gloriæ, princi-*

principatuſq́; ſui cauſa, falſas ac nouas opiniones vel gignet, vel ſequitur: Hæc Auguſtinus addit Oppoſitor, *In quo mihi genere eſse videntur illi, qui ſanctũ Auguſtinum Eremitam fuiſse, vel habitum Eremitarũ induiſse pertinaciter aſseuerant. Eapropter ne ex occaſione annuncietur verbum Dei, pro veritate falſitas prędicetur, & pro queſtu apud falſidicos Fratres fiat pietas, Opportunè cenſui monere lectorem. Conſiderent igitur Eremitani, quam benè &c.*

Exijt ab *A*ſſuero potentiſſimo Rege, *A*man inſtigante, exitiale edictum, quo vno die omnes trucidarentur ex populo Dei Iſrael. Quod & factum fuiſſet, ni Sãtiſſima mulier Regina Eſter, inuocato omnium rerum Domino Deo, contrito corde hæc lacrimans Regi ſignificaſſet, *Dona mihi populum meum pro quo obſecro; traditi enim ſumus vt conteramur, iugulemur, & pereamus. Atq; vtinã in ſeruos, & ancillas venderemur, eſset tolerabile malum, & gemens tacerem; nunc autem hoſtis noſter eſt &c. Eſter. c.* 7. Quid audiuimus, Fratres Eręmitani in Domino dilectiſſimi, Patres verè honorandi. Quæ noſtra tàm inſignis culpa? qui error nullo pacto ferendus? hæreſis nec nominanda à nobis, inter nos? qua rimula Chriſti Gregem ingreſſa? *A*uguſtini in hæreticos mallei, turpiter familiam inuaſit? Eremitæ Hæretici à D. Euſebio renunciãtur, eo quod ipſum *A*uguſtinũ ſuũ dicunt, volunt, agnoſcunt, venerantur *P*arẽtem,

& nemo erit qui recogitet? impunis Oppoſitor, immo verius, calumniator abibit? quid illud? curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille theſauri pręcioſi. Ipſe Pater Auguſtinus propter quem, hæreſeos inſimulamur, ſedulam bonę famæ curam comēdauit, bonæ famæ neglectum reprehendit *in lib. de bono viduit. Et habetur* 11.*q.*3.*c. Non ſunt audiendi. Nobis* (inquit) *eſt neceſsaria vita noſtra, alijs fama.* Qui peccatum occultum, & tamen verum alterius perperam detegit, peccat, vt docet in Manual. c. 18. Nauarrus, atque ad reſtitutionem tenetur omni iure, famã ſerram tectam proximi ſeruando: ſi modo falſum crimen, & quidem omnium peſſimum hæreſis obijciat, multo amplius peccat, famam lędit, non vnius, non cētum, non mille Religioſorum; ſed ſtatum integræ Religionis falſiſſimi criminis, infamem reddere conatur: quænam vlla dabitur vnquàm adequata reſtitutio famæ? Multitudo ergo inſignium Doctorum, Martirum chorus, lucidi tot cōfeſſores, Virgines nunc in cælo regnantes, viri pijſsimi Eremitani, atq; doctiſsimi Fratres, hac nigerrima labe falſiſsimè aſperguntur; proh dolor.

Hæreticus diffinitur ab Auguſtino allegato loco ſuperius qui, tēporalis alicuius cōmodi &c. At verò quod nam temporale cōmodum, nobis

Eremi-

Eremitis obuenire contingit, affirmantibus Auguſtinum inſtitutorem noſtrum? ſequitur, hæreticus, & maxime gloriæ principatuſq; ſui cauſa, &c. Eremitæ tamen quam gloriam, inanem illam quidem mundi aucupantur, aut principatum capiunt, dicendo, Auguſtinus Eremitarum inſtitutor? Gloria ergo & principatus hinc naſcitur? nō hoc certè ambiunt Eremitæ, Deo & proximo inſeruire geſtiētes; de pane & veſtimento lucrando, ex diuina prouidentia laborant; & habentes victum & veſtitum, ſuis pijs laboribus partum, cum D. Apoſtolo contenti quieſcunt: ſequitur, falſas opiniones vel gignit, vel ſequitur, In mentibus fidelium, non geſtit Eremita gignere nouam, & falſam opinionem; res ipſa loquitur, norunt fideles cuncti ferè, quis Auguſtinus, quos inſtituit Fratres. vel puerulus, vetula, ruſticus, non alium ſignificaret Auguſtinianum Fratrem, perinde ac Eremitanum: hoc veritatis genus, non pertinaciter docent Eremitæ, ad quid. Si (quibuſdam pertinaciter remotis) res eſt in tuto, meridiana luce clarior? non placet hæc inſtitutio ſatrapis noſtris, quid ad nos? *arbitrij noſtri non eſt quid quiſq; loquatur, inquit Cato*: ipſi viderint: D. Paulus quidem iuſsit, captiuare intellectum noſtrum; ſed in obſequium Chriſti, non in obſequium hominis. Fusè in hanc rem loquitur Alphonſus à Caſtro, lib. 1. aduer. hæreſ. c. 7 quo fit vt hi, qui tam leuiter de hęreſi pronunciant,

non

Digitized by Google

non expendentes de qua re loquatur, ſæpe ſua ipſorum feriantur ſagitta, incidantq́; in eam foueam, quam alijs parabant: Nihil ad rem magis, ad pauca reſpicientes, de facili enuntiant. *Ariſt.* in Topicis.

Propoſitio hæretica, ea eſt quæ contrariatur vel Articulis fidei: vel diuinis ſcripturis non rectè intellectis: vel traditionibus ac deffinitionib. Eccleſiæ: vel Concilijs generalibus legitime cōgregatis, & confirmatis: vel deffinitionibus ſedis Apoſtolicæ: vel communi ſententiæ Doctorum Eccleſiæ, in his quæ ad fidem pertinent, Vel contraria eſt veritati Catholicæ, *Sic Arnald. Albert. q. 6. de agnoſ. aſſert: Cathol. & ex Simanca in enchiri. violat. relig. tit. 24. ex Alex. peſan. 2. 2. q. 101. ar. 1. diſput. 1. & alij omnes:* Sed noſtra poſitio de Auguſtini Monachatu non eſt huiuſmodi; non articulis fidei, non ſacrę Scripturæ, non Concilijs, non traditionibus Eccleſię, non ſūis deffinitionibus, non ſedis Apoſtolicę determinationibus, non communi Doctorum opinioni cōtraria, ergo nihil habet, quod hæreſim ſapiat. veriſsima ergo

Pręter quamquod, ſi noſtra hæc poſitio hereſim ſapit, vel formaliter ab Oppoſitore hęreſis audacter pronuntiatur, quamobrem ergo à Siſto 4. cui oblatus libellus ab eodem Oppoſitore non fuerit damnata, Eremitanis inhibitum vt dein-

ceps abſtinerent, Auguſtinum inſtitutorem amplius nominare, cur libris hac de re iam compoſitis, ignis vt comburerentur non admotus? prout obſtinato animo, & nimio Chriſtianę Religionis zelo, ſed non ſecundum Charitatem, inſtabat Oppoſitor? nihil horum fecit Sanctiſsimus ille Pontifex, ergo non hęreſis. in vanum ergo laborauit qui cōtra Eremitanos fabrificauerat libellum: viget ac ſemper in ſuo robore ſtabit Eremitana Religio, ſupra firmam petram fundatam Auguſtinum: Melior vtique facta eſt, tot ſeculis elapſis ab Auguſtini inſtitutione, conditio Eremitani ordins poſsidētis Auguſtinianā pręclaram nomenclaturam: currit omnis, & totius bonę fidei ſupra milleſimum, non interupta, legitima, Ciuilis, Religioſa īmemorabilis præſcriptio, oppugnata quidem perſępè, ſed numquam expugnabitur Deo dante, & Patre Auguſtino intercedente: errare quidem (cum eodem Auguſtino effari liceat) vt homines poſſumus; at Dei gratia freti, hęretici nullatenus erimus.

Animaduertendum tamen, quod ipſemet Oppoſitor, hęreſim nobis Eremitanis falsò obijciēs, grauiter quidem peccauerit in proximum. Qui voluntarie, & ex ſe in iudicio quempiam accuſat, tenetur ad probandum obiectum crimen 2. *q. 3. cap. calumniator. & cap. qui non probauerit. & D. Thomas 2. 2. q. 68. ar. 1.* Si Gregorius Papa ex com-

Digitized by Google

communicauit occultum actorem libelli famoſi contra Caſtorium, niſi ſe proderet, prout *in cap. quidam Maligni 5. q. 1.* Si Paulus tertius in Bulla prima præcepit, inquiſitores procedere contra proponentes propoſitiones ſcandaloſas, periculoſas, erroneas, piarum aurium offenſiuas: ſi non omnis error eſt hęreſis, latius enim ſe habet error, cum genus ſit, ſub quo falſorum dogmatum ſpecies cõtinetur. Multæ enim propoſitiones in omni ferè ſcientia falſę reperiuntur, quę tamen hęreſes, aut hęreticę dici nequeũt; *Pegna in 2. p. comment. 28.* Quamobrem ergo Oppoſitor vim hęreſis non intelligens, Eremitanis tale obtrudit iniuſtum crimen? nec verò nobis quidquã ignominioſius poterat accidere. quiuis alius error, vtcunq; ferendus; porro hęreſis, vel ipſum nomẽ vitandum, ac leuiſsima ſuſpitio ab omnibus procul. Sed hoc tandem à me prætermiſſum nolim, parcat aduerſarijs Deus, & bonam mentem elargiri pro ſua clementia dignetur: quantum ipſe operis fecerim, haud pænitebit: Cętera, atq; plura hic à me conſulto prætermiſſa; ingenio, eruditione præſtantiores patres communem cauſam libenter tuentes, altiore ſtylo, & indagine proſequi non dedignentur pro ſancta Eremitana Religione, à D. Patre Auguſtino primitus inſtituta.

Si ſpectat ad nos iniuria, inquit Vulpianus, l. 1. ff. de iniurijs, quæ ijs fit, qui vel poteſtati noſtræ, vel affectui

ſubiecti ſunt: certè nos Eremitanos omnes vrgere debet, Sacræ Religioni illata ab Auguſtino longæ ſeparationis iniuria.

Veram equidem iuriſperitorum doctrinam reputamus, quam ex Bartholo, Baldo, Decio, Pariſio, Alciato, tradit *Menochius de arb. lib. 2. cent. 2. caſu 89. n. 11.* difficilem nempe habere probationem in iure, quam dicunt filiationem ex quondam aliquo defuncto patre, ac conſaguinitatem ex antiqua familia: præcipua tamen quæ hoc loco haberi poteſt congrua probatio, ex rei fama veluti loquente excipitur: Hæc etenim tãtum habet momenti, vt ex Corneo, Socino, Paleotto, Alciato alijſq; à Menochio ſupra citatis. *nu. 89. vt ſatis iudicetur ad poſſeſſionem iuridicam filiationis habendam: ſatis ad oſtendendum quem fuiſse Patrem, hunc ſuperſtitem verum illius filium; quandoquidem fama, quæ facile in omniumq, ore verſatur, aut ipſam prorſus attingit proximè veritatem, aut non longe ab ipſa ſpaciatur, ita Baldus in l. filium de ijs qui ſunt ſui, vel alieni iuris. Fama dũ vbique vagatur, omnibus anteponitur coniecturis, cap. illud de præſumpt. fama, quando reliqua deſunt adminicula iuris, plenam in moralibus adhibet fidem, Jaſon, Decius ac Bartholus in l. cum ca. nu. 5. C. de tranſ. cap. 1. nu. 13. de appell. l. de puellis §. ſiquis ipſi nu. 17. in fin. de oper. nunc. Fama, quem mittit in poſseſſionem eſse talem quem ſe facit, ita Bartholus in l. de minor. §. plurimum nu. 30. verſ. idẽ*

dico

dico ff. de queſ. Ac tandem cum ex vniuerſi populi communi fermè voce de fama ipſa conſtat, Veritas quoq; ipſa iam facta eſt omnibus conſpicua: quam & fatebuntur vel inuiti.

Nonne ergo ab Auguſtini temporibus, vſq; ad hæc noſtra ſecula, latiſſima fama iam altas egit radices, vbiq; locorum percrebuit, in omniũ ore verſatur, in mente inhęret, in ſcriptis apparet? ipſamet apertiſſime loquitur, Auguſtinum Eremitam proclamat, teſtaturq; apud omnes ipſum fuiſſe, & eſſe, ac ſemper Eremitanorum Fratrum fore inſtitutorem ab origine huiuſce noſtræ Religionis: non recens nata hæc eſt fama, omnium Religionum exordine Mendicantium ad nos propagata. *Vetuſtas autem ſemper pro lege habetur, ſcribit Julius Paulus l. 2. ff. de aq. plu. arc. Hæc facit communem ſententiam, à qua nemo ſapiẽs recedere debet per notata à Pace Scala iuriſconſulto, lib. 4. cap. 24. de conſilio ſapientis*. Ac tandem ſcitè admodum ſcriptum reliquit Ariſtoteles *primo Topic. cap. 1. probabilia ſunt quæ videntur, aut omnib. aut plurimis, aut certè ſapientibus; atque ijs vel omnibus, vel plurimis; vel ijs quorum ſpectata eſt, & perſpecta ſapientia, & qui hoc nomine clari, atque illuſtres ſũt.* In quo numero, (velint nolint aduerſarij, ſunt quoque Eremitani Doctores, qui de S. P. Auguſtini noſtra inſtitutione vera ſcripſerunt, cum alijs inſignioribus non quidem paucis alieni inſtitu-

ſtitu-

ſtituti. Erit fortaſſe Eremitana Religio veluti alter Melchiſedech, qui ſine patre, ſine matre, ſine genealogia deſcribitur ab Apoſtolo ad Heb. c. 7. minimè quidem, Auguſtino patre *Monacho*.
In factis autem antiquis, ſtatur libris hiſtoricorum, in cap. quamuis diſt. 1. quia in hiſtorijs veritatem prudentiæ, & ſapientiæ initium, reconditā eſſe exiſtimamus: quæ item in antiquis ſcripturis narrantur, magnam vtique fidem faciunt cordatis viris cap. cum cauſam de probat. Quib⁹ quidem hiſtorijs, chronicis, antiquorum ſcripturis, maiores noſtri fidem adhiberi voluerunt, Abbas in d. cap. cum cauſ. Bartolus in l. 1. ff. ſi cer. pet. Gloſa in c. inter dilectos de fi. inſtr. Quid vero magis antiquorum hiſtoriꝫ, recentiorum ſcripta produnt, quam Auguſtinum noſtræ Inſtitutoem Religionis? vulgata ea regula eſt iuriſperitorum, *Argumentum ab auctoritate eſt validum affirmatiuè* (quale eſt noſtrum) *non autem negatiuè* (quale aduerſariorum) *l. ſeptimo menſe ff. de ſtat. hom.* quorum profectò nullus eam auctoritatis Pithagoræ celſitudinem eſt adeptus, vt quieſcere nobis ſit opere pręcium, ad ipſe dixit, vt Cicero refert lib. de nat. deor. Auctorum verò à nobis ſtantium, propemodum exempla redundant.

Satis denique pugnauimus in hac paleſtra. Iam ergo benignus lector gradum ſiſtat, & ſi oppo-

oppoſita iuxta ſe poſita (primo Cæli) magis elu- ceſcunt, recte perſpicere poterit, Veritatem pro nobis Eremitanis ſtare, dum verè Auguſtinum Patrem, paſtorem ducem, Magiſtrum, Inſtitutorem profitemur, in cuius Regula Apoſtolico modo viuẽdi, ex corde iurauimus. Multa prætereo, eaq; alijs poſt me memorãda relinquo.

FINIS.

Digitized by Google

CANDIDO LECTORI.

Mag. F. Hippolytus Arim.

OMnia alicuius Operis poſſe errata corrigere, difficillimum, ac ferè impoſſibile exiſtimatur à ſapientibus: Nam multi Impreſſoris ignauia, non nulli corrigentis incuria paſſim committuntur errores; qui omnes ſi vellent aduerti, Argus, Lynceuſq; ipſe deficeret. Si igitur hoc opuſculum erroribus valde conſperſum videris, ne mireris. Etenim abſente Auctore, vt liber typis mandaretur commiſi. At ipſe in initio, infirmitate arreptus, per duos menſes, & amplius aduerſa valetudine detentus, inſtante impreſſore, coactus ſum, libri correctionem quibuſdam iunioribus ſtudentibus commendare, qui licet quam plurimum temporis conſumpſerint, eliminãdo quidquid erroris erat, eliminare non potuerunt. Ecce (benigne lector) cur tot conſperſus prodit erroribus, quos non omnes in Elenco penitus adnotaui, ſed quos aduerſæ valetudinis anguſtia iam reſpirans, paſsa eſt perlegere. Cęterum Auctor ipſe (faxit Deus, vt viuat, diùq; viuat) tibi adauctum, perfectum, ac correctum codicem dabit.

BIBLIOTECA ... ROMA ... VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Errores notabiliores ſic corrigantur.

Pag.	lin.	Error	lege
Pag. 9.	lin. 12.	colle&torem	Colle&torem
	16.	flocifaciendi	floccifaciendi
	21.	Hieronimus	Hieronymus
10	15.	tot ſeculis geneti	tot retro ſeculis geniti.
	26.	legiſte	legiſtæ
Pag. 11.	l. 4.	ſermonnm	ſermonum
	29.	eſpreſsa	expreſsa
14.	8.	onor	honor
	9.	difficilimum	difficillimum
15	4.	dnm	dum
	13	ad	ante
	15	(nuſquam alibi	(nuſquam alibi)
	23	patrem	pater
16	4	niſi	quis
	39	omnis	omnis fermè
19	1	literis	litteris
	18	Belarminus	Bellarminus
	25	amabo	amabò
20.	9	coætaneus	coetaneus
	27	aprobaſse	approbaſse
23	16	poetatum	poetarum
	21	anglum	angulum
	21	diincile	difficilem
25	8	credendendum	credendum
27	25	eò	eo
	29	acuſaturus	accuſaturus
31	19	comediarum	comoediarum
	23	&oribus	pe&oribus

33	28	conanti	conati
	26	balnciendo	lbnciendo
	29	fæſtiua	feſtiua
36	16	predicati	prædicatio
	25	gramaticalibus	grammaticalibus
37	27	inflamando	inflammando
41	6	mirandum	mirandum)
	7	certam ina	certamina
	22	comodiſſimum	commodiſſimum
45	14	reffert	refert
46	9	ſcolis	ſcholis
	16	Agrios	Agros
48	14	nomen claturam	nomenclaturam
50	12	loquifas	loqui fas
53	11	hottum	hortum
56	14	penitendus	pœnitendus
57	25	rſt	eſt
58	17	ſpeſtat	ſpectat
	21	quihs	quibus
60	7	ſumopere	ſummopere
	9	quiuti	quinti
62	5	ruſticauis	ruſticanis
	14	diſcurendo	diſcurrendo
	15	diſponenbam	diſponebam
63	10	illeſi	illæſi
	26	iamdium	Iamdiù
65	21	queras	quæras
66	18	comoratus	commoratus
	28	vocabat	vacabat
67	12	ſi	ſi
	26	incomodo	incommodo
68	2	ſucurrit	ſuccurit
69	27	comentaria	commentaria
71	28	Aonachus	Monachus
73	7	videlicet	videlicet (

Vige-

Digitized by Google

	12	Vigeſimus primus	Vigeſimus tertius
74	24	naſcentes	naſcen
75	28	eupit	cupit
76	13	conrraxit	contraxit
81	23	lucè	luce
83	15	Concillij	Concilij
	18	brietates	ebrietates
85	23	connatu	conatu
86	13	habentèq;	habentq;
	21	appellatione	appellationem
	14	etemodo	modo
87	23	lectoræ	lector
	25	con	contra
89	17	imanium	immanium
92	24	erant	erat
92	25	æconouicam	æconomicam
96	4	can	can.
	17	olijciens	obijciens
97	5	difertiſſimus	diſertiſſimus
	6	Cludit	(ludit
	19	aſcenſu	aſsenſu
100	28	ſenteriam	ſententiam
101	17	ræn	non
104	7	equum	æquum
105	3	paſse	paſsæ
	4	Domici	Dominici
	14	lucen	lucem
	19	accutiſſimo	acutiſſimo
	25	deturpati	deturpati vel ead. lin. additis, additi?
108	2	caritatis	charitatis
109	28	ocaſum	occaſum
110	2	timimidos	timidos
	19	eler.	cler.
	24	Monachnm	Monachum
112	18	Anguſtinum	Auguſtinum

Eccle-

117	22	Eccleſię	Eccleſiæ
	61	Monacborum.	Monachorum
120	20	ceuſt	cenſet
121	15	intuiſse	inſtituiſse
126	1	ptobo	probo
127	15	primum	Patrum
	5	l beat	libeat
128	28	legiſses	legiſset
128		remi	Eremi
	9	ſirogizatio	ſillogizatio
131	14	fnerit	fuerit
133	4	inſtitoribus	inſtitutoribus
	7	Ieſuatorem	Ieſuatorum
134	2	Aremiticum	Eremiticum
137	6	deducet	dedecet
	5	homunculi	homunculis
	20	tamen	nomen.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

LEGATORIA A. PANDIMIGLIO - ROMA

Digitized by Google